
















Lunernthio Encheiridion
Evonymi thesaurus



ENCHEIRIDION DOGMATICO-HERMETICUM

Morborum partium corporis humani præcipuorum Curationes breves continens:

In gratiam veræ Medicinæ Studiosorum conscriptum

à

JOANNE VINCENTIO FINCKIO, Fuldâ-Buchonio, Med. D.

16 

18.

LIPSIÆ
Excudebat Laurentius Cober.
Impensis Eliæ Rehefeldii & Johan. Grosii.



ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

Dn. CHRISTIANO,

MARCHIONI BRANDEburgensi, Borussiæ, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, VVandaorum & Silesiæ Duci in Jegerndorff &c. Burggravio Noribergensi, & Principi Rugiæ &c. Domino suo clementissimo.

REcténe agant, Illustrißime Princeps, qui in re medica utilia, etiamsi ea secretiora etiam fuerint, occultant; aut excogitatis peculiari-

liaribus ſignis, characteribus & notis hieroglyphicis involvunt: aut rectiùs qui foràs emittunt, non fruſtra quæri poſſet: Utriusq; opinionis ſuas rationes dari non planè rejiciendas dubium non eſt: Iſti abuſum, & ex eo provenientem contemtum meritò conſiderant; videmus enim præclariſſimorum ingeniorum inventa, non in doctorum & fidelium Medicorum pervenire manus, ſed & empyricis agyrtis, lippis atq; tonſoribus innoteſcere, adeoq; in imperitorum & raſorum tonſtrinis ſæpiſ-

ſimè

simè prostitui atq; vilescere: Hi bonum publicum privato præferentes, bona Bonis benè communicari, nilq; invidiosè occultari debere piè sentiunt; cum enim, teste Oratore, partim patriæ, partim amicis natissimus, & homo homini Deus sit, quin & in bonum studium posteritatis conservandæ ardeat, nemo naturæ legibus subjectus, Musisq; addictus, non poterit non neglecto privato commodo, pro ingenij sui viribus, Artes liberales à majoribus magno labore ac sudore inventas excolere, earum

usum demonstrare, atque hac ratione Reipub. pro virili prodesse. Horum ego partibus, etsi mihi judicis & censoris personam non sumo, jure subscribo; Hæcque causa primaria fuit, quod suasu & hortatu doctiorum, Encheiridion hoc publici nunc juris fecerim; quo ipso etsi doctiora & auctiora dudum prodiisse haud diffitear, has tamen talenti mei primitias occultare nolui, Est enim aliquid prodire tenus si non datur ultra, infit Poëta.

Quia verò ingenua justaq́;

omnium propè ſcriptorum obſervatio fuit, ut libros novos Principibus, aut præcipuæ autoritatis viris conſecrarent, quo erga illos debitæ obſervantiæ teſſeram ponerent, quoque illorum patrocinio & favore, ceu Minervâ ægide munititi, ab invidorum calumniantium injuria vindicarent, Ill.æ T.æ Celſitudini hos ipſos meos labores, Encheiridion licet immaturum, ſubjectionis & obſervantiæ monumentum, humilimè offerre, Eamq; huic Mecænatem & Patronum deligere, debui &

volui, ut si malevoli crassâ virulenti livoris & calumniandi insaniâ (pro ut est mundi hujus immundi, ubi semper alter in alterius livet & grassatur ingenium, perversa consuetudo) hoc arrodere velint, illud jam I. T. C. factum, judicij candore & discretionis perspicacia protegat ac defendat, sicq; pro benevolentia, humanitate & mansuetudine, quibus I. T. C. viros bonos & literatos omnes amplectitur, me quoque, etsi illorum infimum, sub Ejusdem patrocinio, in hac Marchionatûs superi-

superioris civitate primaria, de consilio inprimis I.T.C. Archiatri fidelißimi D. D, Jeremiæ Cornarij, pro tempore Medicinam facientem, suæ benignitatis favore clementißimè amplectatur. Is qui Corda Principum moderatur, qui gubernationes solus efficere potest, qui Sapientiam per quam Principes regunt, largitur Deus Opt. Max. I. T. C. salvam & incolumem, in omni felicißima prosperitate quam diutißimè sospitet, totiq; Brandeburgicæ Domui ex alto benedicat. Vale Princeps

Inclyte, & Neſtoreos annos ad Dei gloriam, Reipub. Chriſtianæ commodum, ſub indeſinenti divinæ protectionis patrocinio feliciſsimè vive. Curiæ Variſcorum Calend. Februarij, Anno 1618.

Ill.æ T.æ Celſitud.

ſubjectiſsimus

Joannes Vincentius Finckius.

LECTO-

LECTORI S.

NOn defuturos arbitror, amice & candide Lector, qui de hiſce laboribus noſtris nimiùm intempeſtivè & indifferenter judicaturi ſint; ab his enim nimis vulgaria, ab illis dudum dicta, ab iſtis ἀμεθόδως propoſita, & id genus alia audient: nec mirum! quis enim in hoc ſcripturientium ſubtiliſsimo ſæculo doctiorum auribus quicquã dignum proferat? cum ſummos aſcendiſſe gradus omnia videantur. Nec tamen inficias ibis, quod dies diem doceat. Quare ſi vel minimum minus notum, vel etiam ab aliis ſtudio occultatum, in hocce Encheiridio noſtro offenderis, ob illud ipsũ in lucem prodiiſſe puta: Quodq́; ob veræ Medicinæ Studioſos, Practicantium Scholas ingreſſuros, maximam partem concinnatum eſt, præmittendo nimirum in ſingulis capitibus ſimpliciora unicuiq; corporis

noſtri parti congrua & appropriata; ſubjungendo mox compoſitorum medicamentorum nonnullas formulas; addendo tertiò loco uſitatiora modernorum Hermeticorum remedia; & deniq; in pluribus capitibus medicamentorum horum arte ſpagyrica ritè præparandorum modos, partim ex Præceptorum noſtrorum Lectionibus publicis & privatis, partim ex doctiſsimorum virorum quibus cum conferre licuit reſponſis, partim deniq; privatâ curâ & propriâ experientiâ obſervatos & collectos, adnectendo. Morborum autem Cauſas, Signa, Prognoſtica ab aliis clariſsimis Medicis ſubtiliſsimè pertractata, ſtudio omiſimus. Tu benevole Lector hiſce laboribus noſtris fave, quibus nos alios, ſecreta ſua ſacris Eleuſiniis ſecretiora qui habent, ut tandem aliquando prodeant, irritaturos ſperamus. Vale Vale.

Ad Clariß. Medicum

D. JOANNEM-VINCENTIUM FINCKIUM, Consobrinum suum dilectum, cum Enchiridium ederet.

MAgnus erat quondam, sed nunc; quæ temporis hujus
Prosperitas; Medica est summus in arte vigor.
Quæ latuêre diu, quæ non exculta fuêre,
Fert, confert, ditat postera quæq; dies;
Texit ea invidia, aut neglexit inertia stultè,
Quorum incrementum largior usus agit.
His studia ornandis Tua cum sic promptior addas,
Solertem atq; bonum quod decet ipse facis.
Perge ita, fructus erit, sibi sunt confinia nempe,
Sedulitatis onus, commoditatis honos.

Jeremias Cornarius D. Med.
Brandeburg. Bojoruti.

QVo magis incumbis Morbis Medicâ arte mederi,
Fuldaici, Fincki, *stella corusca* Soli;
Quo magis incumbis Phœbi auxiliaribus herbis,
Iungens Galeni *pharmaca &* Aureoli;
Hoc propius superis accedis civibus, & te
Et toto nomen spargis in orbe tuum.
Tam Medicus cunctis res optatißima terris,
Tam magnum ac ingens est Medicina bonum.

Hac duce nempe ferum morborum corruit agmen.
Hac duce speratam percipit Aeger opem.
Hac duce servatur mens sana in corpore sano.
Hac duce dira lues; hac duce Parca cadit.
Hac duce mortali veniunt bona plurima genti.
Hac duce sæpe aliquam fert necis hasta moram.
O te præ paribus, Vincenti *Clare, beatum,*
Qui volvis Medicos nocte dieq; libros,
Indeq; miranda Plantarum indagine vires
Eruis in Patriæ remq; bonumq; tuæ.
Hoc est quod vivus quondam, quod mortuus Idem
Te tuus ætheria poscit in arce Pater.
Hoc est quod de te Princeps Buchonius; *Hoc est*
Quod petit à studiis Fuldidos ora *tuis.*
Sic Patris, Patriæq; *tuæ, sic* Principis *omen,*
Implebis Genii dexteritate tui.
Quæstu alii crescant; Tu Pœonis arte valebis,
Maximus esse hominum, proximus esse
Deo.

Observantiæ ergo scribb.
Arizbergæ
VVolffgangus Hildebertus.

Εἴ ποτε ἰητρὸς λειμῶνας ἐνείματο πάντας
φοίβου, καὶ φοίβου πάντα πέπωκε δρόσον·
Φίνκκιός ἐστ' οὗτος· Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων
οὔτε ἄγανται ὁμῶς, οὔτε φιλοῦσιν ὁμῶς.
οὗτος ἐΰ μοῦνος λειμῶνας ἐνείματο πάντας
φοίβου, καὶ κατέχει στήθεσι φοῖβον ὅλον,

ὅσα

ὅσσα γὰρ Ἱπποκράτης μετὰ τούτῳ καὶ Θεόφραστος
πλείοσι γράψε βροτοῖς δήτ᾽ ἐπέεσσι λιπών.
βίβλῳ ταῦτα σμικρῇ ἐνὶ ταύτῃ Φίνκκιος ἐξεῖ
χρήσιμον ἀμφαγαπῶν τὴν βραχύτητα μέγαν.
ἤρ᾽ ὦ Φίνκκ᾽ Ἀσκληπιοῦ τέκος, ἀλλὰ καὶ ἄλλα
βιβλία οὐλομένου νόσφι φθόνοιο τέλει.
ἱρὴ γὰρ Λητοΐδου θεράποντα Ἀπόλλονος, εἴ τι
εἰδείη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν.
οὕτω παμπόλλους πολυϊδρίῃσι σαώσεις,
καὶ σπάνις ἐστὶ νεκρῶν εἰν ἀΐδαο πύλαις.
ψ καὶ ὑπὲρ καμάτων τούτων συλλήψεαι αὐτῶν
ἀγλαὰ μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων.
τω κὶ φάος ἰητρῶν ἀντάξιον ἄλλων
πληροῖς ἀμφαδίην ἰνία τοὐνόματος.

Lipsiæ fund.

Joannes Nesterus C. V.
Poëta Laur. Cæsar.

IN VAPPAM SIVE ZOILUM.

Vappa, peßime Vappa peßimorum,
Puditißime putidißimorum,
Sus multùm Calydonio ferino
Inquinatior impudentiorq́;,
Sus qui nocticulis dieculisq́;
Perfrictam caperans scabensq́; frontem,
Carpis melliculos novos libellos,
Tecum & verbula mansa murmurillas;
Quæsens te moneo, librariorum

Caveto endogredi laboriosus
Domus, invidulo & notare morsu
Huncce dulciculum novum libellum;
Maneto potius domiligatus
Fœdus, stercoreus, sonax, perosus
Ad præsepia sterquiliniorum, &
Ponas quicquid imaginationum.
Si non abstineas, celebris ecce
Geso discutiet tibi molares
Oenides, prasino sago sagatus,
Vir Hippocratica mitrâ beatus,
Qui te sæpiculè diutulèq;
Quærit, & pariles tuos sodales
Ebrios odio Vatiniano,
Et dignos Gyaris subinde, dignos
Cera Cerite. Purior salillo
En ecce ipsus adest, nec hercule absq;
Saltat cludine, crede, quæritando:
Grunnitu satius tibi ergò, Vappa,
Fætutina colens olenticeta
Torosum minitarier botellum;
Quàm res ludere purimas homonum.
Sus multum Calydonio ferino
Inquinatior impudentiorq;,
Vappa, pessime Vappa pessimorum
Puditissime puditissimorum.

IDEM.

ENCHEI-



ENCHEIRIDII
Dogmatico-Hermetici DE PRAECIPUIS ALIquot Corporis Humani Affectibus.

CAPUT PRIMUM DE DIGESTIVIS UNIVERSALIBUS.

Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, inquit Hipp. noster lib. 1. aph. 22. Hinc morbi plures, cum fixas in corpore nostro egêre radices, non crudis purgantium medicamentorum facultatibus irritandi, sed Concoquentibus, seu ut vulgò loqui-

 mur,

mur, Digeſtivis primò adoriendi ſunt. Talia pro peccantium humorum varietate & malignitate à Dogmaticis varia præſcribuntur. Hermeticis in quotidiano uſu ſunt.

Tartarus Vitriolatus; quem deſcribit Oſvvaldus Crollius in Baſilica chymica fol. 115, 116. (Joan. Beguinus in Tyrocin. chymic. lib. 3. cap. 19. Magiſterium Tartari vocat) Hujus ℥j. in ℔ iij. vini veteris ferventis diſſoluta, cum decocto paſſularum pro libitu miſceatur, ejusq; ſingulis diebus manè & veſperi hauſtus exhibeatur: vel ℞ juris gallinæ ℥v. vel vj. quibus in paropſide ſupra lentum ignem calefactis adde Tartari Vitriolati

doſin

doſin(quæ eſt à ℈ſ,ad ℈ij)& cum argenteo cochleari move donec ſolvatur, juſculum aceſcat: Melioris verò ſaporis conciliandi gratia guttulæ aliquot olei Cinamomi addi poſſunt.

Tale quoque Digeſtivum eſt Cremor ſeu Cryſtallus Tartari, à Joſeph. Quercetan. in pharmacop.dogmat. reſtitut. capite ultimo, & Beguin. lib.3. cap.17. deſcriptus, qui in omnibus ferè pharmacopoliis rectè jam innotuit: hujus ʒj. etiam per ſe & ſine juſculo exhibitam, clementer fœtentem camarinam expurgare docet idem Quercet. loc.citato; quod tamen ſine adjectione ſtimuli alicujus utpote Diagryd. gr. ij. iij. vel iiij. vel

alterius, haud facilè nisi in corporibus ἄζροις, perfecte assequeris.

His tertio loco meritò addatur Mixtura illa decantata de Tribus, seu Mixtura simplex ut vocant; quæ in nonnullis etsi quod sciam adhuc dum perpaucis præparatur pharmacopoliis, eò quod paucis hactenus quoq; innotuerit: Quæ quum felicissimo cum successu in pluribus morbis exhibeatur, ideò ejus meritò parandi rationem ex aliis hic præmittere nobis quoq; placuit. Constat autem hæc Mixtura ex tribus Spiritibus ad triplices nostros Spiritus, Naturalem nempe, Vitalem & Animalem accommodatis, videl. ex

Spiri-

Spiritus Aquæ Theriacalis camphoratæ quinq; partibus; Spiritûs Tartari optimè rectificati tribus partibus, & Spiritûs Vitrioli optimè correcti parte unâ.

Spiritus Aquæ Theriacalis Camphoratæ ſequenti viâ præparatur.

℞ Spiritus vini optimè à phlegmate rectificati, & in tenuiſsimam omnia pervadentem eſſentiam redacti ℥x. theriac. Andromach. veter. ℥v. myrrh. rub. ℥ijſ. croci orient. ℥ſ. omnia indantur Cucurbitæ rectæ, apponaturque alembicus, (in quo ʒij. camphoræ ponantur) & vas recipiens, claudanturq; optimè juncturæ; in Mariæ Balneo igne quantum fieri poteſt leviſsimo & calore tepidiſsimo ſpacio 3. vel 4. dierum, ita ut toto tempore exiguum tan-

tùm exſtillet, digerantur, poſt lentiſsimo ignis gradu liquor exſtilletur; tandem ignis augeatur, ad ebullitionem aquæ in Mariæ balneo: cumque etiam hoc ignis gradu nihil amplius exſtillaverit, ſinantur vaſa refrigerari, refrigeratisq́; vaſis & apertis clauſuris eximatur Liquor exſtillatus, & refundatur materiæ à qua evocatus eſt; clauſis juncturis prior labor tàm digerendo quàm deſtillando repetatur, tertiò etiam hoc labore reiterato; Ita accipies Spiritum Aquæ Theriacalis omnium præſtantiſsimum, cum aliquot guttulis olei theriacalis penetrantiſsimi & optimi, quod per infundibulum ſecernitur, & reſervatur tanq. precioſiſsimus Balſamus contra omnis generis venena & peſtem: Spiritus verò ſeorſim ad Mixturam reſervatur.

Quod ad Spiritum Tartari attinet,

net, cum ejus præparatio ex Croll. Basilic. chymic. pag. 157. & seq. Joan. Beguin. Tirocin. chymic. lib. 2. cap. 4. aliisque pluribus notissima sit, ideòq; de ejus præparatione nihil ulterius addemus: Hoc saltem monendum duximus, ut tot cohobiis Spiritus à Colcothare elevetur & recipiatur, donec omnem fœtorem amiserit, planeque insipidus factus fuerit, aliquin Mixturam gustui ingratam reddet.

Spiritus autem Vitrioli huic Mixturæ conveniens ita paratur: Vitriolum optimum aquâ communi stillatitiâ dissolve, solutum per filtrum cola, colatum ad tertias evapora; dum pelliculam contraxerit, indatur vasi oblongum bacillum, ut ei sal Vitrioli in loco frigido adhærescat; salem hunc exsiccatum si non satis depuratus fuerit iterum solve, cola, depuraq; procedendo modo

ſuperiori. Hunc ſalem ſatis depu-
ratum inde Cucurbitæ vitreæ ſatis
ampli orificij luto obductæ, ſuper-
funde Spiritum Vini ſatis optimum
ut fiat paſta, appoſitoque alembico
clauſisq; juncturis immitte furno
aperti ignis, applica recipiens ſatis
amplum, clauſisque rite omnibus
juncturis inſtitue deſtillationem
primò lentiſsimo igne, ut Spiritus
vini evocetur, mox auge ignem ut
phlegma quoque aſcendat; tandem
incipientibus provenire ſpiritibus
ſiccis ſenſim ignis augeatur, ut fiat
fortiſsimus, ita ut vitrum liqueſce-
re incipiat præ nimio calore; quo
peracto ſine ignem extingui vaſaq;
refrigerari; vaſis refrigeratis exime
liquorem: Spiritum vini in Mariæ
balneo à phlegmate & Spiritu Vi-
trioli ſepara, dein phlegma quoque
à Spiritu Vitrioli abſtrahe, usque
dum aſcendere incipiant guttulæ,
tum

um apposito novo recipiente pellatur quoque Spiritus per arenam: hac ratione attenuabitur viscositas, quemadmodum corrosivitas affusione Spiritus Vini.

Porro his tribus enumeratis spiritibus rectè præparatis fit eorum proportione superiùs nominatâ commixtio, in vitro angusti orificij, quod optimè clauditur, ponunturq; ad digestionem in calore hypocausti lenissimo, spacio 3. vel 4. septimanarum, & sic perfectè elaborata est Mixtura simplex.

CAPUT II.

DE CEPHALALGIA.

Cephalalgia in specie sic dicta, cum ab externis plerumque causis cali-

disoriginem ſuam ducat, ideò contrariis alterantibus facilè tollitur, qualia inprimis ſunt cephalica dicta frigida & humectantia, ut Roſæ quæ Cerebrum firmant; Violæ quæ ſomnum inducunt, Item flores Nympheæ, Borraginis, Bugloſſæ, Acetoſa & id genus alia quovis modo adhibita.

Pro Topico Cancri aliquot fluviatiles aceto roſaceo irrigati & contuſi, Emplaſtri loco circumplicentur, Theoph. lib. de vermib. cap. 11. Ruland. cent. 1. curat. 22. & 73.

Vel. ℞ *Lactis ex ſemin.*
Papav. alb. cum aq.
roſar. facti ℥iij.
Aq. Solan.

Nymph.

Nymph.
Sambuc. ana ℥iſ.
album ovor. nu. ij.
alum. uſti ʒiſ.
boli armen. ʒj.
Optimè conquaſſentur & miſceantur per Epithem. Capitali.

Quod ſi tamen diutiùs malum perſeveraverit, commendabiles ſunt pilulæ Rudij, profeſſoris Patavij primarij, quarum perfectam deſcriptionem habes in Miraculis chymicis Philip. Mülleri fol. 101.

Alij, Olei Muſci & olei Camphoræ ana guttas vj. in vino vel Cerevíſia manè & veſperi exhibent.

Muliercularum noſtrarum panacæa quaſi eſt Puerulis quovis

Capitis morbo correptis indifferenter caput mortuum è roſis (quod vocamus Ein Roſenkuchen) Aquâ earundem probè irrigatum, frequenter applicare; Quæ ſanè rectiùs longe facerent, ſi idem caput mortuum Aquâ ſeu Spiritu Roſarum ardente (de quo Quercetan. in pharmacop. dogm. reſtit. cap. 7. fol. m. 30. & Beg. in tyr. chym. lib. 2. cap. 2) irrigarent, majoris etenim activitatis eſſet: Verùm, ubi hunc unquam apud quenquam Pharmacopœorum noſtrorum invenire eſt? cum iidem Aquam Roſarum ſimplicem, quod ſanè minimum eſt, ne quid dicam altius, paraturi, Roſas non ſolum matutino tempore,

re, quod fieri minimè debebat, humore alieno adhuc perfuſas colligant, ſed & neſcio quot aquæ fontanæ menſuras ante deſtillationem affundant: hinc, annon inutile phlegma divendunt? hoccine annon egregiè Ægrum argento emungere eſt? Ah quot in Syrupor. Electuar. Pilular. Pulver. & id genus aliorum diſpenſationibus turpes cõmittuntur errores, dum corrupta, putria, exoleta, adulterata, pro veris & recentibus compoſitionẽ horum ingrediuntur; hinc mirum omninò non eſt, non ſolùm Medicos ipſos ſæpiſſimè falli, ſed & Ægros plurimos mortem ſibi potiùs, quam vel ullam talem confectionem ſibi

exoptare & deligere, cum ut piſcatores icti ſapiant ; Cui malo non minimam ſanè anſam præbet & hoc, quod plurimi Pharmacopolarum hodierno ſeculo nullo Magiſtratui jurejurando, annuatim etiam præſtando, obſtricti teneantur : accedit, quod pluribus in locis tam ſimplicium quam compoſitorum medicamentorum examina ſeu viſitationes ut vocant inſtituantur penitus nulla, hinc exoleta pro vegetis, adulterata pro ſinceris divendunt : Nec tamen hic de omnibus indifferenter loquimur, Viros etenim cordatos & candidos publica privatis meritò anteponentes, plurimos eſſe non ignoramus. Sed de his ὡς ἐν παρόδῳ ſatis.

CA-

CAPUT III.

DE PHRENITIDE.

IN Phrenitide Cerebri Membranarumq; ejus Inflammatione cum febre acuta conjuncta, curationis initium rectissimè fit à venæ sectione, quæ ob urgentem necessitatem protinus & quidem copiosa, si vires ferant, sanguisq; redundet, administranda est, non injecto etiam clystere & Ventriculo pleno.

Spiritus effervescentes indomitos demulcet & coagulat Laudanum opiatum Paracelsi, ad 3. 4. vel plura grana exhibitum: sic principi cuidam Germano Phrenitide cum febre acutissima laboranti, gran. 5. pro-

pinasse Paracelsum narratur, qui sex integras horas subdormiens ad sanitatem rediit. Innumeras verò hujus Laudani descriptiones apud Autores invenies, ut quam sequaris vix noveris. Felix Wirtz in chirurgia sua sequentem præparationis modum docet:

℞ Opij Thebaici ℥ij. affunde Spiritus vini alcoolisati ℥v. stent in loco calido in digestione, donec Spiritus vini extraxerit tincturam: hinc effunde Spiritum Vini in quo latet vera essentia Opij; fæces remove, & Spiritum vini ad mellis crassitionem detrahe: Hinc ℞ succi citri expressi & clarificati per manicam Hippocratis ℥ſ, opij superius præparati ʒiiij, misce optimè. His adde olei Cinamon. ℈j, garioph. ℈ſ, Magister. perlar. & corallor. ana ʒij,

opti-

optimè miſceantur, indanturque cucurbitæ parvæ optimè ſigillo Hermetico clauſæ, ſtent in digeſtione per 20. dies noctesque, exime & serva ad uſum. Doſis à gran. iiij. ad vj. vij. xij.

Huic ſi non major virtute ſaltem par erit ſequens deſcriptio:

℞ Opium Thebaicum purum & ſincerum, q. v. ſcinde in taleolas tenues parvas & latas, ac in ſcutella vitrea leni calore exſicca, agitando ſæpius, donec nempe omnis fætor abjectus fuerit, opiumque benè ſeu aromaticè olere inceperit, digitisque in pulverem teri ac abire poſsit; Extrahe tincturam cum aceto ad eminentiam quinq; digitorum ſuperfuſo, nec ſtet in hac infuſione Opium ultra diem: Poſtea deſtilla acetum tincturâ opij, imprægnatum in Mariæ balneo, tincturâ opij in conſiſtentia mellaginis in fundo Cucur-

bitæ

bitæ relictâ. Ad hujus extracti
adde Magister. Perlar. & Corallo
ana ℥ſ. & extracti croci ʒij, miſ
diligenter cum oleo gariophyll. ℈
Doſis hujus ab j. ad iiij. vel v. gran.

Poſt Bilis fervore contempe
rato, exhibeantur ſæpe gran
10. vel plura ſalis Perlarum, u
docet Croll. in Baſilic. chym
pag. 163. idq; cum aq. borrag.
vel bugloſſ. Præſtantior autem
ſale eſt Quinta Eſſentia earundem,
ab Anshelmo Boetio de
Boot lib. 2. de gemmis, cap. 38.
& Joan Rhenano in theoremat.
chymiotech. fol. 32. & 33, Item
Ducan. Bornett. Scoto in Jatrochym.
fol. 113. aliisq; deſcripta.

Etſi verò communiter Perlas
& Corallia, dum eorum ſalia & Magiſteria
parare animus eſt, aceto ra-

dicato

cato solvamus, hoc tamen men-
uum maximè improbat Thomas
ufetus in Epist. medic. à Schol-
o collectis Epist. 77. tantam enim
s ammoniaci in aceto latitantis
iditatem & acrimoniam restare
, cui eluendæ & auferendæ vix 300.
uæ conchij sufficiant, ideò & ali-
n ejus præparationem ibidem
bstituit: Quocirca alij gemma-
m harum Magisteria paraturi, in
lutionem earundem guttas ali-
uot olei salis, Tartari per deliqui-
m facti infundunt, quod Magiste-
um statim separat, & albissimo co-
re deprimit, hoc sæpius aquâ dul-
i calidâ destillata eluendum, post
xsiccandum. Rectiùs verò alij
ræcipitationem hanc per oleum
eu Spiritum Vitrioli rectificatum
nstituunt; hinc enim etsi aciditatis
liquid Magisterium retineat, ea ta-
nen Ventriculo gratissima est; ne-
que

que etiam tot opus erit eluitioni-
bus repetitis.

CAPUT IIII.
DE MELANCHO-LIA.

MElancholici expurgandi sunt primò lenioribus Cassiâ, Sena, Mirobal. Ind. chebulis: post si contumax sit materia fortioribꝰ, Epithym. confect. Hamech. Pilul. Indis, Cochiis, aureis de fumar. de epithym. de Lapide Lazuli.

Rulandus cent. 1. curat. 4. his pilul. usus est:

℞ *Pilul. de fumo*
terræ ℨj.
Helleb. nigri ppt. gr. vij.
Cum aq. bugloß. F. pilul.

Nō.

Nō. vij. pulv. cinam.
involvendæ.

Medicinam Melancholiæ
ecificam Paracelſus ponit in
oribus Antimonij, bis, ter,
uaterve pro morbi contuma-
a cum pauca theriaca exhibi-
s: quos & plures alios feliciſ-
mè exhibuiſſe legimus.

Flores Antimonij vel per ſe
arantur, vel cum adjectione ali-
ua, Per ſe fiunt communi more per
ublimationem in aliquot ollis ſu-
ernè ad orificium alembici ſibi
nutuò artificiosè incumbentibus
ceu docet Croll. in Baſilic. chym.
ol. 132.) igne primum non admo-
dum valido, ſed tamen auctiore, do-
nec prodeant tam albi quam rubei
flores. Commodior autem via
videtur hæc, quæ fit per latus, ut
vulgò vocant, hoc modo: Primò
omni-

omnium fiat Cucurbita terrea n
admodum capax ſeu corpulen
ſed penè æqualiter à ſuperiori ori
cio ad fundum uſque faſtigiat
(die faſt eine gleiche weite ha
à fundo ad orificium) dein paret
ex eadem terra ſipho ſeu canalis d
os pedes circiter longa, tantæ cap
citatis, ut orificium Cucurbitæ ri
ambiat (daß ſich das orificiur
Cucurbitæ in die Röhre recht ein
ſchlieſſe) poſt ℞ Antimonij ele
cti ſubtiliſsimè pulveriſati & cribe
lati ¾ ℔ (ex minera antimonij ſimi
li modo flores quoq; elicies uti do
cet Medicina chymica Joannis Pop
pen fol. 347. & ſeqq.) & in prædi
ctam Cucurbitam obliquè in forna
ce poſitam, prominente tamen eju
orificio, immitte (Man kan den
Kolben erſtlichen in den Ofen lu
tiren / dann das Antimonium
mi

t einem röhrlöffel hinein tragē;
ch dz nit alles vff einen hauffen/
ndern ein wenig zerſtrewet lige/
melius procedet operatio) dein
aptetur ſipho extra prominenti
curbitæ orificio; ſiphonis verò al-
am partem extremam Cucurbi-
vitrea amplioris orificij excipiat:
ibus omnibus rectè perlutatis
bminiſtretur ignis primò remiſ.
or, dein auctior, tandem vehe-
entiſsimus, per 12. vel plures ho-
s, prodit Antimonium in flori-
is ſine omni ferè capite mortuo
Wann die flores nicht mehr ge=
en / ſo wird die Röhre kalt / als
enn muß man ablaſſen weiter
ewer zu geben) In orificio Cucur-
itæ invenies flores cryſtallinos al-
icantes ex ipſo antimonio crudo
evatos, quos cautè ſeparabis: in
anali verò appoſito flores elegan-
ter

ter purpureos & rubeos, quoru
dosis gran. 2. 3. vel. 4. in cucurb
verò extremo loco posita, phlegi
acidum quod nonnulli Acetum a
timonij vocant, de quo alibi. Hi f
res Antimonij, ut & reliqui omn
per sublimationem facti, vomit
sunt, & per se rarò in usum Medic
veniunt, nisi manu Artistæ corriga
tur. Hujus correctionis modum v
rè & merè medicũ proponit Cr
in Basil. chym. fol. 132. 133. Quin
iidem Flores mitissimi fiunt, si cu
vini & mellis Spiritu aliquand
circulentur; vel si in scutella v
concha vitrea supernè cum papy
diligenter cooperiantur, & ret
fornacem hyberno tempore per d
os vel tres menses ponantur, ita t
men ut quotidie cum spatula lign
bis terve moveantur, (ne videl. n
agitati nigrescant,) fiunt flores a
modum lenes & spongiosi & m
ne

ent rubei : ad papyrum verò, quæ
oncham cooperit, multum de ſul-
hure fætido elevatur, quod in ſe
ontinet Spiritum illum vehemen-
ùs per ſuperiora operantem. Ho-
um florum gran. 8. vel 10. ad ſum-
uum movent blandè 4. vel quinq;
des ſine omni vomitu, cum tamen
nte rectificationem eorundem flo-
um gran. 3. vel 4. non tantum al-
um perturbent, ſed etiam vomitus
ieant.

Corallia rutilantia collo ma-
ibusque geſtata contra Phan-
aſiam, ſpectra, Phantaſmata &
Melancholiam Paracelſo teſte
xcellentis ſunt virtutis; quan-
ò magis ſi in eſſentiam ſeu
Tincturam redigantur ſuas vi-
es exſerent; Neque enim du-
itandum eſt cum Croll. in Ba-
lic. chym. fol. 164. utrum hæc

vera & genuina haberi poſſit, cum tincturæ pleræque ex ejus opinione quæ oſtentantur, inprimis quæ affuſione aquæ mellis extrahitur, non ſubjecti ſolvendi ſed menſtrui ſolventis ſint; Id quod pernegat Clariſs. D.D. Petræus Præceptor noſter honorandus in Noſolog. Harmon. tom. 1. fol. *66*. Si enim (inquit) in melle talis eſt Spiritus, qui ſolidiſſimum corporum Aurum ſolvere poteſt, quidni Corallia minus refractaria ſolvat? Elicitur autem è Coralliis Tinctura beneficio aquæ mellis hoc modo:

Injiciantur ſacculi arenâ repleti pugni magnitudine in mel deſtillandum, ne nempe nimiâ ebullitione mel

e mel alemb. tranſcendat, indeq́;
x cineribus proliciatur ſpiritus, qui
uper fragmenta Corallorum cru-
orum fuſus coloratur ſtatim; quo
ecantato, & ſimili modo per eun-
em ulterius tincturâ extractâ do-
ec corpus album & mortuum re-
manſerit, aquæ mellis omnes tinctæ
n Balneo lentè abſtrahuntur: reſi-
duum in fundo manens bis terve
quâ deſtillata abluitur: denique
llud coagulatum in Spiritum vini
ubicundiſsimam tincturam depo-
nit, deinceps ad majorem conſi-
tentiam abſtracto rurſum alcoole
evocanda: Doſis à gr. 4. aut 6. ad
o. vel 12.

Solvuntur etiam Corallia (in-
quit D.D. Petræus loc. cit.) reverbe-
rata nimirum & calcinata (quam-
vis Ducan. Bornettus in Jatrochym.
fol. 113. calcinationem horum ſuper-
vacaneam exiſtimet) per triduum

vel quatriduum, donec eorum frustula ex albis lutea, & ex luteis istorum rubicundissima fiant & spongiosa, per alcool vini affusum, usitato more ad justam consistentiam dein rursum abstrahendum.

Solvuntur quoq; si cum salis nitri æquali parte subtilissimè pulverisata, & in crucibulo igne Rotæ optimè fusa, rursumq; aqua calida edulcorata, per Spiritum Vini, sufficienter extrahantur, ablato rursum ad justam consistentiam menstruo. Si cui in Pelicano aliquandiu circulare libuerit, ei liberum erit, sic habebit insignium virtutum arcanum præstantissimum.

Optima verò eidem Autori videtur Tinctura, quæ beneficio Pumicis elicitur sequenti modo:

Cementetur frustula Coralliorum cum Pumice usto, & in vino extincto,

tincto, inque pulverem redacto; ita ut in fictili cœmentatorio stratum super stratum cum utroque facto, pumicis pars inferiùs duorum digitorum crassitie sata, frustula coralliorum hinc inde disposita, neq; sese mutuò attingentia excipiat, ac desuper eadem altitudine pars pumicis superior superinjecto operculo claudat: fiat dein hæc cementatio in igne reverberij flamma sinceriori vasa triduo integro feriente; quo opere finito pumex relictis coralliis albis omnem tincturam eorundem imbibit: ab eo igitur cum Spiritu aceti, extrahe tincturam toties, donec nulla amplius prodeunte, omnis rubedo collecta sit: à qua denuò ad crassitiem liquoris per destillationem evocato menstruo, eundem cum alcoole vini circula per quindenam: Deinceps verò separato leni calori balnei dicto

Spiritu vini, habebis veram Coralliorum Tincturam.

In Melancholia hypochondriaca summum & excellentissimum digestivum est Tartarus Vitriolatus quotidie exhibitus; ut & cremor Tartari, de quibus sup. cap. 1. dictum est.

Magni nominis Medici Aqua secreta Melancholiæ Hypochondr. convenientiss. hæc est.

℞ *Flor. borrag.*
Bugloß.
Stœchad. arab. ana ℥ſ.
Rorismar.
Majoran.
Meliß. ana ℥iiſ.
Radic. bugloß. ℥iij.
pæon. ℥j.
Aq. bugloß.
borrag. ana ℥iij.

Syr.

Syr. Granat. ℥ijs.
Pulv. cinam. groß.
galang.
garioph.
croci
ſem. baſilic. ana ℥j.

Superfunde vini Rhenani ℔ iij. Stent in infuſione per biduum vel triduum, deſtillentur dein lento igne per Mariæ balneum.

CAPUT V.

DE EPILEPSIA.

HUic morbo ex proprietate & arte ſignatâ quæ conferant à priſcis & recentioribus recenſentur plurima, quarum tamen nonnulla certis quibusdam obſervationibus deliguntur, ut.

Radix Pœoniæ Lunâ decrescente mense Martio vel Aprili (alij sub canicularibus malunt) effodienda.

Viscus quercinus itidem Luna decrescente inter duo Mariæ (ut loquuntur) festa colligatur, nobiliorque habetur illa pars quæ quercui proprior resecta est.

Ungula Alcis posterioris pedis dextri (quam auriculæ sinistræ ingruente paroxysmo immittit, seque hoc pacto à paroxysmo liberat) ab aliis annulo inclusa, ita ut cutem attingat gestatur; alij collo ut nudam carnem contingat appendunt; alij scobem ejus & pulverem potu exhibent.

Cra-

Cranium humanum alij calcinatum, nonnulli citra ullam præparationem propinant, hac tamen cautione, ut potius anteriorem quam posteriorem ejus partem, & masculinum masculis, fœmineum fœmellis exhibeant.

Oleum Succini Crollius in Basilic. chymic. pag. 191. efficacissimum Opobalsamum Europæum merito vocari censet, quod suâ facultate omnia alia remedia in Apoplexia, Epilepsia curanda superet; olimque Sacrum appellatum propter vires ejus admirandas & arcanas, asserit.

Oleum Ligni Heraclij Rulandus in Centuriis Curationum maximoperè commendat, quod ipſum unde parandum ſit inter Medicinæ hodierni ſeculi Proceres nondum convenit; Quercetanus ex Buxo, alij ex Pino malunt: Nos cum Doctioribus quibusdam quibus cum non ita pridem de hoc ipſo conferre licuit, Oleum ex corylo exiccato per deſcenſum, ſicut oleum Juniperinum deſtillant, parato, intelligimus.

Crato Cinnabarim nativam Epilepſiæ Magnetem vocat, & exinde talem pulverem parat: ℞ Cinnabaris nativæ pellucidæ limatæ & in ſubtiliſſimum pulverem tritæ ℥ſ. coral-

lor.

lor.rub.& margarit.præparatar. ana ℈ij. (Quercetan. in tetrad. gravifs. capit. affect. fol. m.481. ubi hunc eundem pulverem Vertiginis ſpecificum eſſe docet, Magiſteria Perlarum & Corallorum ſubſtituit) croci orient ℈j. fol. Auri Nō. xv. terantur omnia ſubtiliſſimè ſuper lapidem. Doſis in ipſa acceſſione à gran. vj. ad ℈j. in aquis appropriatis.

Majoris virtutis pulvis ex Cinnabari Antimonij in præparatione Mercurij vitæ ſeu Florum Antimonij, ut vocant, in collum retortæ, igne ſubtus & ſupra ſubminiſtrato, elevata paratur; eſt enim Cinnabaris hæc diaphoretica, itaque æquali

pondere cum Magiſteriis Perlarum & Corallorum, cranii humani juncta, ſpecificum eſt in Epilepſia etiam inveterata, ſolo ſudore repetitis vicibus ac præcedentibus evacuationibus neceſſariis morbum auferens.

Doſis à gran. 10. ad 16. in aqua florum tiliæ, radic. pœon. ceraſor. nigr. lavend. flor. lil. convall. &c.

Experimentum non ſolum veteribus ſed & neotericis notum paratur ex Ranis viridibus, quo Fridericum IV. Electorem Palatinum ab Epilepſiâ pertinaci quam in juventute contraxerat, penitùs liberatum memorant:

Colli-

Collige mensibus Majo, Junio, Ju-
lio Ranas palustres virides No. 40.
his vivis in ventre dissectis Hepata
exime, ac singula in foliis Brassicæ
super eam partem quæ ad terram
vergit dispone, ne sese invicem at-
tingant; postea in ollis novis devi-
treatis & supernè tectis super lentū
calorem exsicca, donec à foliis bras-
sicæ ritè separata tenuiter pulveri-
sari possint: Hunc pulverem in par-
tes quinq; æquales divisum seorsim
serva: Dein sub ipsa Luminarium
synodo ☽ in ♋ seu exaltatione sua
constituta, exhibe manè partem u-
nam jejuno ventriculo in haustu vi-
ni, jejunium desuper imperando
horas duas integras; idem fac
vesperi ituro cubitum cum secunda
parte; atq; ita procede cum reliquis,
semper observando ut duas horas
post & ante sumptum pulverem
patiens jejunus maneat. Si patiens
ab as-

ab assumto medicamento circa tempora sudorem sponte profluentem senserit, bonum profert indicium virtuositatis Medicinæ. Abstineat per id tempus à vino, ira, omnique formidine; vitet Aquam & Ignem vehementerque animi commotiones omnes fugiat. Vix dici potest quantum emolumenti ab hac simplici præparatione veræ Medicinæ accedat. Si primo anno non sequitur effectus, repete sequenti. In Junio circa solstitium hæc cura instituenda est.

Circumfertur & hæc Confectio Antepileptica, quam Ferdinando Romanorũ Regi communicâsse Paracelsum fertur:

Primò ex tribus craniis humanis nunquam sepultis, sed violenta morte peremtis, inque aere exsiccatis crassiusculè contusis, ex retorta igne

ı igne arenæ lentè, poſt obſervatis radibus auctiore (dari quoque poeſt ignis ſuppreſsionis) in recipins capax deſtilletur Liquor, quem uper eaſdem fœces tertiâ quoque ice deſtillando evoca, tandemque per alembic. rectifica. Hujus liquoris ℞ ℥vj, adde ſpecierum dia moſch. dulc. ℥ſ. caſtorei, mellis anacardin. ana ʒiij. & viciſsim ex cineribus per retortam deſtilla: Extremò adde Liquoris ſalis Perlar. ℈iiij. Spiritus vitrioli antepileptici ℈j. De hac tota mixtura exhibe Epilepſiâ correpto cochl. I. quotidie jejuno ſtomacho, ad novendium continuendo.

Perhibetur Paracelſum hoc unico mirabilia præſtitiſſe, ideò Cæſari petenti communicaſſe, ſed rogaſſe ne Decoctoribus Syruporum hæc patefierent.

Eidem

Eidem Paracelſo adſcribitur Eſſentia cranij humani, quam propter mucilaginoſam ſubſtantiam Galredam Cranij humani appellare ſolitus fuit: earundem virtutum in Comitiali morbo:

Limaturam cranij humani nunquam humati, humoreque adventitio privati, cum alcoole vini ſalviato ad ſupereminentiam ſex digitorum digere per menſem dimidium, dein more Aquæ fortis per retortã deſtilla: reaffuſum liquorem cum capite mortuo denuò digere, ac viciſsim deſtilla, idq; tertiò quoq; repete: tandem omne abſtractum aliquandiu circula, abſtractoque alcoole vini è lento balneo eſſentiam cranij humani inſtar coaguli ſeu galredæ remanentem ſerva; Epilepſiæ verum curativum, ſi ejus grana aliquot

not in convenienti vehiculo quo-
die exhibeantur.

Specificum egregium quoq;
ontra Epilepſiam ex Cerebro,
entriculo & Matrice obor-
am, permulti pulverem Secun-
inæ ſolùm exſiccatæ eſſe tra-
unt, cui tamen appropriata
lia ad adaugendam ejus virtu-
em meritò alij adjiciunt, ut:

℞ Secundinæ Mulieris torr. fa-
ctæ primiparæ filium enixæ ℥ſ. cra-
nij maſculi anterioris decollati cal-
cinati ℥j. pulveris pullorum corvi
(quem ſolum bis terve de die in vi-
no decoctionis caſtorei exhibitum
Epilepſiam percurare docet Stocke-
rus in Empiricis lib. 1. cap. 3.) menſe
Martio torrefact. ʒij. coagul. lepor.
ʒj. raſur. cornu cervi ʒij. caſtor. ʒſ.
ſuccin. albiſs. ʒij. grana & radic. pœ-
on. viſci querc. Lunâ decreſcente
colle-

collector. ana ʒſ. ambræ, moſch. a
℈ſ. ſpec. dianth. diaplir. archo
lætif. Galen. corall. & margar. pr
parat. ana ℈j. miſceantur & pulve
ſentur omnia ſubtiliſsimè.

Amuletum, præter ſuper
ùs recenſita, egregium traditu
ex Sambuco ſuper ſalicem cre
ſcente, ſi de virgulto menſe o
ctobri paulò ante plenilunium
collecto ſpatium quod eſt inte
duo internodia, in novem tale
olas diſſecetur, eæque in linte
olo colligatæ cum filo ex collo
ſuſpendantur donec filum ſpon-
tè rumpatur: rupto filo amule-
tum nudis manibus à nemine
contrectandum, ſed aliquo in-
ſtrumento appræhenſum, in
aquam vel alium locum, ubi à
nemi-

mine contingatur projici de-
t: cujus amuleti ratio non
anè occulta, cum ſambucus
ejus grana huic morbo pluri-
um proſint. Sunt qui Sam-
ucum hanc ſuper ſalice cre-
entem, ex paſſeris Epileptici
davere putrefacto creſcere aſ-
runt.

Morbus hic cum Pueris &
nellulis Infantibus familiaris
dmodum ſit, Avicen. 3. tertij
ap. 8. eum Morbum puerilem,
ut Puerorum Matrem (ſed re-
tiùs fortaſſe ex Quercetani
ententia Novercam) appella-
it: Hinc multi præſervationis
ratia Infanti recens edito an-
equam lac ſugat, guttas aliquot
olei

olei amygdal. dulc. vel per
vel in lacte exhibent (nonnu
penidium addunt) & ſic excit
to vomitu viſcoſo ab Epilepſi
præſervant.

Medici Pariſienſes in conſi
lio quodam Epileptico, quo
ibidem videre nobis contigi
pro Illuſtriſſimo & Generoſ
Puero Anno 1612. conſcripto
talem Spiritum Vitrioli Ante
pilepticum præſcripſerant:

℞ Vitrioli Ungaric. aut alio
quin optimi ℔ iiij. Urinæ pueri bi
bentis vinum ℔ ij miſceantur, im
poſitoque alembico cœco per men
ſem Philoſophicum in Mariæ bal
neo digere: dein deſtilla ſeu abſtra
he inde Urinam, & in aliud vitrum
multò

Ista ... Oxoronia non ... Antiepilepticus

ltò capacius igne vehementiſ-
o Spiritus urge, qui à phle-
ate in balneo liberandi ſunt:
t ℞ aq. florum tiliæ ℥iij. lil.
val. lavend. ana ℥ij. (ſæpe &
thor.) pœon. ℥ſ. vel ℥j. tandem
de de Spiritu ad præſcriptum
dum præparato, donec cæteræ
uæ fiant acidulæ; exhibeatur
n in ipſo paroxyſmo tum etiam
ſt eum.

CAPUT VI.

DE APOPLEXIA.

QUÆ Epilepſiæ, eadem & Apoplexiæ conferunt, utraque enim functiones Cerebri inſigniter lædit:

lædit: Differunt tamen propriis symptomatibus, quod illic saltem depravatio, hic verò privatio sit sensuum; ideoq; ingruente paroxysmo in levioribus diu immorandum nequaquam est, cum in magno morbo à levioribus incipere nihil aliud sit quam parare Ægro longum interitum, teste Gal. 5. meth. med. Hinc statim Æger concutiendus, agitandus, & quantum fieri potest excitandus est odoramentis quoque ex opopon. castor. & albi succini fumo accenso, quo uno, teste Manlio, Apoplectici plures ita recreati sunt, ut postea adhuc multos annos supervixerint. Tempora quoque & Nares oleo ejusdem sæ-
piu-

as illinantur. Exhibeatur A-
a aliqua Apoplectica pretio-
qualem deſcribit Croll. in
ſilic. chym. fol. 189. Alij ta-
en ſimpliciorem parant ex ſo-
floribus lavendulæ & lilij
nvallij, ſuperfuſo malvati-
in ſole aliquandiu maceratis,
ſt aliquoties deſtillatis. Non-
lli vini ardentis communis,
aquæ puræ fontanæ partes
quales floribus ſuperfundunt,
d ſolem digerunt, poſt deſtil-
nt: verum aqua q. lactea de-
illatione prolicitur, quæ ta-
en per chartam emporeticam
emel ſaltem filtrata, ſat clara
edditur.

Aqua ex Formicis parata,
quam Magnanimitatis Aquam
vocant,

vocant, multorum testimon
perutiliter quoque exhibetu
cujus parandi rationem in M
dul. destillator. Conradi Co
raths parte secunda pag. 38
invenies.

Commendabilis quoque e
Aqua seu Spiritus Cerasoru
ardens hoc modo paratus.

℞ Cerasa dulcia nigra, q.
trajice per cribrum ut saltem lapi
separentur; imple hac materiâ su
culenta tinam non ultra dimic
um, nihil addendo vel fermenti v
fæcum Cerevisiæ, ut vulgò fieri s
let; relinque ita (imposito coope
culo & commissuris optimè clau
ne Spiritus exhalent) & sequen
die materia incipiet fermentar
relinque ita per septimanas qu
tuor (interdum removendo ope
culu

ulum & miſcendo) tandem deſtil-
a per veſicam cupream (eam non-
dum ad medietatem implendo, &
leniter deſtillando, quod probè no-
tandum) & rectifica, quantum li-
buerit.

Sal, Tinctura & Oleum Margaritarum tam præſervando quam curando hîc primas tenent, inprimis 3. vel 4. guttæ olei exhibitæ, quo Thürnheuſerus Berlini Apoplexiâ correptus priſtinæ ſanitati reſtitutus fuit, ejuſq; uſum poſtea omnibus commendavit.

Carpionis Lapidem ſemilunari forma ſupra oculos exiſtentem Croll. de ſignat rer. intern. fol. 27. commendat in illa Apoplexia, quæ cum commotione & contractione muſculo-

rum ſupra oculos invadit: Quod ſecretum fuit cujuſdam Baroniſſæ VVeſtphaliæ, quæ plurimis hoc ipſo auxilio fuit. Teſtatus eſt mihi nuper quidam Medicus, quod feliciſsimo cum ſucceſſu ijsdem Lapidibus in Epilepſiis tam puerorum quam adultiorum indifferenter uſus ſit, exhibendo illorum aliquot in aq. flor. tiliæ.

Commendabiles quoque ſunt Balſami Apoplectici hinc inde deſcripti, ſi extremitates narium, tempora, vertex, manuum carpi, neceſſitate urgente ijſdem inungantur, inprimis Balſamum illud Apoplecticum ſenibus omnibus utiliſſimum, à Croll.

Croll- in Basilic. chymic. pag. 194. descriptum.

Cæterum de Balsamorum præparatione in genere hoc notetur, quod in eorum compositione certum pondus principiorum per omnia vegetabilia observari nequeat: quædam enim ficciora sunt, habentque tincturam planè aridam, quale est cinamom: quædam habent tincturas oleosissimas ut nux moschat. fœnic. anisum: quædam mediocrem obtinent tincturam, ut Zingib. &c. Prout igitur Tincturæ sunt aridæ & ficciores, pro eo etiam pondus olei informatur. Communiter autem tantum ceræ albæ admiscetur, ut oleum exinde quasi coagulari, posteaq́; facilius cum Tinctura permisceri possit: Ex G. ℞ Tincturæ Fœniculi ℥vj. ceræ albæ ℥j olei fœnicul. ℥ſ. ceram prius tenuiter rasam leni ignis calore fun-

Balsama haec molius [illegible]

de, fusæ adde oleum, & extra ignem spatulâ lignea tamdiu agitando misce, donec consistat: adde postea tincturam cum Spiritu vini extractam & rursum inspissatam, semper cochl. 1. post alterum affundendo, & diligenter movendo ita procede, donec omnis tinctura adjecta fuerit, omniaque instar succi apparuerint; extremò adde salis fœniculi ad singulas uncias totius compositi drachmam semis, quæ sunt in hac compositione ℥iij. cum semisse, atque ita reservato usui (N. Hic Balsamus præstantissimum remedium est in Calculo, & in affectibus Thoracis, de quo alibi.) Quia verò Cera per vestutatem rancida fit, & ob id talibus compositionibus ingratum saporem conciliat, insuperque in usu Balsamorum externo à Cera potiùs occludantur pori (docente Phi-

Philippo Müllero in miraculis chymicis) ne vis eorum rectè penetrare posſit; pro hoc incommodo evitando ſapientiores Medici ex oleo myriſtico expreſſo per Spiritum vini Tincturam extrahunt, donec corpus albiſsimum reſiduum fuerit, quod cum planè inſipidum, nulliusque qualitatis peregrinæ capax ſit, id loco Ceræ ad conſiſtentiam Balſamis conciliandam ſumunt, oleo nempe & tincturæ vegetabilium, cum eorundem ſale (ut dictum eſt) in iſtud malagma injectis.

CAPUT VII.

DE CATARRHO.

CAtarrhis confert Melanthium vel Cuminũ, ſi tor-

refacta & linteo iuclusa sæpius naribus admoveantur vel sincipiti imponantur,

Nicotianæ vapor; item Castoreum inspiratum mirum in modum caput corroborat.

Hoc vinum Catarrhos absumit:

℞ *Radic. gariophyllat.* ℥ij.
pseudoacori
Zingib. ana ℥ß.
Majoran. m. j.
Rorismar. m. ß.
Nuc. mosch.
Galang. ana ʒi.
Cubebar, ʒß.
F. *horum Infusio in vino vel Cerevisia*

Quod si syrupis uti malles:

℞ *Syrup. jujubar.* ℥ i.
Papav. ℥ß.
Violac. ℥ij.
sacch. penid. ℥i

Spec.

Spec. diambræ ℨij
Misceantur pro molli Delinctu.

Benedictus Faventinus Medicus Bononiensis celeberrimus in Catarrho salso felicissimo cum successu usus est Pilulis de Cynoglossa hoc modo paratis: ℞ succi glycyrrhiz. ℨij aloës lotæ ℨj. pilular. de Cynogloss. secundum descriptionem Nicolai præparatar. ℨß. cum Syrupo violaceo F. massa, cujus ℈j. exhiberi potest.

Contra omnes fluxiones Capitis maximè eas quæ Epilepsiam irritare consueverunt, sæpius his utere Rotulis:

℞ *Spec. diambr.*
Diamosch. dulc. ana ℈ij
Aromat. rosat. ℨß.

Thuris.
Mastich.
Succin. albi
Cornu cervi usti ana ℈i.
Castor. gran. v.
Sacch. albiss. ℥v.
In aq. beton. q. s. dissolut.

F. Rotulæ cum ol. garioph.

℞ Laudan.
Styrac. calam. ana ʒis.
Benzoi.
Thuris.
Mastich.
Succin. ana ʒi. misce.
Pulverisentur crassiusculè.

Vel ℞ Mastich.
Thuris utriusq; ana ʒiij.
Succin. citrin. ℥s.
Albi ʒij.
Benzoi ℥s.
Aliptæ
Galliæ mosch. ana ℈s.
Laudan. ʒij.

Styrac.

Styrac. calam. ℥iſ.
Cinam.
Nuc. moſch.
Gárioph.
Cardam.
Macis.
Gran. Juniper.
Ligni & herbæ majoran ana ℥iſ.
Omnia groſſo modo contund. in pulverem pro ſuffitu.

Spiritus Vitrioli & Tartari, oleum ſulphuris & ſuccini deſtillationum materiam diſſipant & conſumunt.

Aqua Serpilli prius in vino per aliquot dies macerati, per alembicum deſtillati, omnibus deſtillationibus & Catarrhis ſiſtendis prodeſt, ſi quotidie ejus cochl. ſ. aſſumatur.

Pro confortatione quo[que] Capitis, ne recidivam patiatu[r] Æger, posthacseq. pulvis matut[i]no, & Morsuli vespertino exh[i]beantur tempore;

℞ *Spec. diatrion santal.*
Diarrh. Abbat. ana ℥iſ.
Diambr.
Pliris archont. ana ℥i.
Diamosch. dulc. ℈iſ.
Cinam. operti ʒij.
Macis ℈iſ
Nuc. mosch. optimæ ʒij.
Succin. citrin. ʒij
albi ʒi.
Fol. auri nu. vi.
Sacch. albiß. q. s.
F. ex dimidia parte Tragea.
Ex altera parte additis
Cortic. citri condit. ℥iſ.
Conser. borrag.
Rosar. ana ℥i.

Spec.

Spec. diair. Salem. ℥i.
Ol. gariophyll. gutt. iij.
Anisi
Fœnicul. ana gutt. ij.
Sacch. q. s. in aq. serpill. chamomil. & rosar. dissoluti
F. Morselli.

CAPUT VIII.

DE OPHTHALMIA.

OCulorũ vitijs conferunt Rosa, Euphrasia, Fœniculũ, Ruta Calendula, chelidoniũ majus, Valeriana hortensis, cujus usum præ reliquis insigniter commendant Hieronymus Brusuicensis & Tabernæmontanus.

Forestus lib. 11. observ 35.

 Liquo-

Liquorem Jecoris Mustelæ piscis in vitro optimè clauso, filo suspensi, & ad solem æstivo retro fornacem hyberno tempore expositi defluentem, experimento certissimo obscuritati visus admodum utilem & cōmodum, visumque obscurum & tenebrosum miraculi instar ilicò lucidum luminosumque reddere asserit.

Pari modo & pinguedo serpentina ab Intestinis separata palpebrisque inuncta (pro ut & Aschij piscis pinguedo) ad oculos hebetiores teste Croll. in Basilic. chym. fol. 260. egregiè valet, quod nos sæpius quoque feliciter experti sumus.

Collyria communiter paran-

tur ex alumine, tutia præparata, vitriolo albo, camphora, aloe ſuccocit. corall. perlis, nihilo albo, lapid. calamin. ſacch. candi, & id genus alijs.

D. Riverij Galliarum Regis olim Medici hoc fuit Collyrium: R. Vitrioli albi puriſs. ℨj. diſſolvatur in aq. pluvialis ℥x. per chartam aliquoties filtretur: ſunt qui addunt ℈i. ſalis communis.

Rulandus cent. 2. curat. 1. tale Præſcribit: ℞. Aquæ Roſar. ℥iij. ſtimmios recte præparati (h. e. vitri Antimonij per ſe fuſi) ℈ſ. mixtis & maceratis per diem manè & veſperi ante ſommum guttas

4. vel

4. vel 5. ex aqua iſta clara & lu-
cida inſtillentur: Divinius rec-
des hoc collyrium, additis gut-
tis aliquot olei ſaturni per ſe fa-
cti, præſertim ſi oculorum in-
flammatio ſimul adfuerit; hin-
Croll. in Baſilic. chym. fol 275
Sal, Butyrum, Saccharum ſe
Mel Saturni (ut vocat) cum Ac
Roſar. & Euphraſ. in inflamma-
tione & rubedine oculorum o-
ptimum prædicat.

Idem ibidem fol. 198. mi-
rum & ſtupendum ophthalm-
cum è Cancris & Chelidoni-
debito artificio & tempore pra-
paratis, quod oculos ad deſpe-
ratione læſos virtuoſiſſimè reſti-
tuat, omniaque eorum ulcer-
ſpacio 24. horarum glutine-
par-

parari asserit, idque ex nonnullorum sententia hoc modo:

Collige succum florum & foliorum Chelidoniæ, ejusque bonam quantitatem in Mariæ balneo digere ut sponte sua depuretur, donec nempe omnes impuritates ad fundum dejectæ fuerint: deinde R. mense Julio Sole & Luna in ♋ constitutis cancros fluviatiles No. xx. resectisq; extremis seu durioribus pedum & caudarum crustis, contundantur in mortario, ut succus inde exprimi possit; quem cum Chelidoniæ succo depurato conjunctum destilla ex Mariæ balneo & reserva usui. Eodem tempore collectionis Cancrum vivum alium integrum & nulla sui parte mancum in ollam inditum exsicca in clibano, usque dum teri possit, exsiccatum reduc in pulverem tenuissimum & subtilissimum, tum per incerniculum

lum optimum trajiciendo: Hujus pulveris exiguam quantitatem ex canaliculo pennæ præcisè in vulnus oculi instilla, atque ita relinque per 24. horas; Succedente tempore eandem tantùm aquam sine pulvere prædicto sæpiùs immitte, lavando & eluendo omnem purulentiam, quæ tamen vel nulla vel admodum exigua apparebit, & optatus finis certè subsequetur.

Alij Chelidoniam herbam cum radice floribusque contusam vitroque impositam, per 14. dies digerunt, post ex balneo destillant: fœces residuas fortiter contundunt, destillatumque reaffundendo per 14. dies rursum digerunt: post ex cineribus igne paulò intensiore denuò destillant, prodit cum aqua & oleum ophthalmicum insigne.

Ad phlyctænas, Pustulas & Maculas Oculorum:

For-

ormicis majoribus ultimâ Lunæ
uadrâ collectis impleatur vitrum
ermento probè obturandum: hoc
massæ panis inclusum in furno cum
odem ad tempus consuetum exco-
que; disrupto rursum pane formi-
as in liquorem oleaginosum expri-
ne; Interim destilla fella taurorum
astratorum, idque secundò, fœces
eparando: Hujus destillati partem
ınam misce cum formicarum olei
partib9 duabus, indeque necessita-
e urgente in oculi angulum guttul.
. sæpius immitte.

Pulvis absumens omnes flu-
xiones, debilitatem visus & ob-
tenebrationes inducentes:

R. *Herb. & sem. fœnicul.*
Rutæ
Fol. beton.
Fragrar.
Levistic.

Rad.

Rad. cichor. ana ℥ij.
Sem. apij
Petrosel.
Cinam.
Galang. ana ℥ij.
Spicæ nardi
Cardamom.
Carioph.
Croci ana ℥i.

Omnia seorsim prius pulverisatæ dein mixta, sæpius assumantur.

CAPUT IX.

DE AURIUM VITIIS.

AUditûs difficultati conferunt, ol. amygdal. amar. ol. sinap. de castor. scorpion. Item Pinguedo serpentina, pingue-

inguedo Aſchij ſeu Thymal
iſcis, Auxungia talpæ &c.

Vel mixta ℞ *Ol. amygd. amar.* ℥j.
Juniper deſtillat.
Petrol. ana ℥iſ.

Miſce, indeq; ſæpius paucæ guttulæ
prudenter inſtillentur, præmiſſo
tamen fomento ex fol. lauri m. ij.
ſtæch arab. ℥i. roriſmar. ℥iſ. majo-
ran. thym. ana ℥i. fol. Senæ ſ. ſtip.
℥ſ. cinam. garioph. Nuc. moſch. ana
℥ſ. laudan. ſtyrac. calaminth. ma-
ſtich. thuris, ana ℥i. quorum in vi-
no coctorum fumus per infundibu-
lum recipiatur.

Aliter R. olei amygd. amar.
℥ij. colocynth. ℈iſ. vini Rhenan.
℥ſ. coquantur ad vini conſumtio-
nem; colaturæ adde ol. aniſi ℥i
quibus madefiat goſſypium auri-
bus imponendum. Recipiatur & fu-
mus aliptæ moſchat. per Infundi-
bulum. Au-

Aurium Tinnitum tollit su[…] cus hellebori nigri manè & se[…] calidè instillatus: Item gar[…] ophyllorum oleum eodem m[…] do usurpatum.

CAPUT X.

DE HÆMORRHAGI[…] NARIUM.

SAnguinem sistunt Bur[…] pastoris, sanguis Draconi[…] Radix tormentillæ, b[…] stortæ, urticæ, geranium rad[…] ce rubra sive sanguinaria, an[…] gallis mascula radice rub[…] manibus detenta, usnea cr[…] nij humani naribus indita, ite[…]

Lan[…]

nugo in qua ſemen Cardui-
nedicti continetur.

Bufo exſiccatus & pul-
riſatus, in ſyndone rubeo a-
lis ſuppoſitus vel manibus
tentus ſi incaleſcat, ceu Gor-
onis conſpecto capite ſtatim
geſcit ſanguis.

Septuagenarius quidam
edicus, hæmorrhagiâ nari-
m ſæpius correptus (teſte Ro-
erico à Caſtro libro 1. de
orb. mul. cap. 5.) ſtercus A-
ninum (alii ſuillum malunt)
odicè exſiccatum in capſu-
ſemper ad manus habuit,
ui medicamento nullum a-
ud ſimile reperiſſe ſe ſæpiſ-
mè retulit, præſertim ſi

ſucco

ſucco urticæ commixtum, ſi ſic cum eſſet, aut recens per ſe naribus adhiberetur.

Alij particulas de pileo quodam veteri in minimas partes concifas cum ſtercore ſuillo in olla optimè perlutata probè calcinant, quem pulverem ſubtiliſſimè cribellatum feliciter in hæmorrhagijs præſertim vulnerum adhibent.

Ruland. cent. 1. curat. 58. & cent 2. curat. 27. Argillam uſtam & contuſam aceto miſcet, quam pro Cataplaſmate fronti & ſyncipiti crebrò frigidè adhibet.

Vel ℞ *Boli armen.*
Terræ ſigillat.
Sang. dracon.

Mumiæ

Mumiæ
Lapid. hæmatit.
Myrrh.
Pilor. lepor. incisor. ana ℥i.
Succi. plantag.
Solan. ana q.s.
Album. ovor. No. ij,
F. Emplastrum.

Sperniolæ compositum à roll. in Basilic. chym. fol. 276. escriptum, Hæmorrhagiam ternam ex naribus & gutture irificè sistit, si ejus grana 3. vel intra corpus in aqua Bursæ storis vel plantaginis exhibeatur. Item Pulvis Dysentecus ejusdem ibidem fol. 251. escriptus.

Syrupus de Corallis Quercetan. in pharmacop. dogmat. stitut. fol. m. 189. & Tragea Gra-

Granorum Actes ibid. fol. 276 descripta egregiè conferunt.

CAPUT XI.

DE DENTIUM DOLORIBUS.

ODontalgica apud practicos reperiuntur plurima (quibus tamen indifferenter cum à diversis causis dentium Dolor excitetur, non uti licet) Radix Lapathi acuti seu oxylapathi; Radix Pyrethri vino (alij aceto, alij aqua) cocta calidéque ore detenta (sunt qui in taleolas dissectam denti imponi malunt) dolores subitò aufert.

Pulveris Gallarum pauxil-

lum

um cum ſucco radicis Pyrethri ſæpius imbibitum & ſubinde exſiccatum, poſt cum fermento miſtum, inque formam globuli contemperatum, dentibus doſentibus ſubitò medetur, firmiores eos reddit, vermiculosque in eorundem cavernis deliteſcentes enecat, fluxionesque omnes ad gingivas lapſas extrahit.

Vel, ℞ piper. long. albi ana gr. iij. nigri gr. iiij. croci ℈j. terantur groſſo modo, & bulliant ſimul in vini albi ℥iij. ad caſum tertiæ partis, poſtea adde diſſolvendo Opij Thebaici gr. iij. Iterum parum ebulliant juxta lentum ignem: teneatur ſæpiùs calidè in ore.

Aqua Salviæ, Hyſſopi, Lactucæ, Solani (prout cauſa doloris poſcere videbitur) vel ſaltem fontana, inſtillato ſpiritu vel oleo vitrioli (Ruland. cent. 1. cur. 9.) vel ſulphuris quantum ſufficit ad aciditatem, ore detineatur tepidè.

Idem Rulandus cent. 2. cur. 3. oleum Camphoræ goſſipio exceptum dentis cavernæ imponit: & in eâdem centuria, cur. 99. Oleum Ligni Heraclini (de quo ſupra cap. 5. de Epilepſia) eodem modo adhibitum ſummè extollit, vermiculos etenim enecare, humores affluentes per os copioſè educere, quodq; ipſemet ſępiùs hoc oleo feliciſſimè ſit uſus, aſſerit.

Oleum Gariophyllorum eodem modo uſurpatum & applicatum idem ferè præſtat.

Radicis Hyoſciami decoctum cum herba Perſicaria in aceto roſaceo, dentium dolores efficaciſſimè ſiſtit, teſte Paracelſo tract. de Perſicaria.

Dentes nigriores egregiè dealbat Cinis Tabaci Indici, ſi quotidie eodem ſæpius hinc inde terantur.

Pulvis dentifricius egregius hic eſt:

℞ *Radic. Irid. albiß. ℥iſ.*
Cornu cerv. uſti
Lapid. pumic.
Oßis ſæpiæ
Cortic. ovor, ana ℨvj.
Corall. alb.
rubr.

Mastich. ana ℥iij.
Salis usti ℥ij.
Mosch. opt. ℈ʃ.
Misceantur & F. pulvis subtilißimus.

Alius, ℞ *Alumin.*
Mastich. ana ℥ʃ.
Corall. rub.
Cornu cervi usti,
Eboris,
Sang. Dracon.
Boli armen.
Salis communis tosti ana ℥ii.
Oliban.
Balaustier.
Gallar.
Myrtillor. ana ℥j.
Rad. Ireos
bistort.
Nuc. cupreß. ana ℥iij.
piperis
pyrethri ana ℥j.
testar. sæpiæ

pumicis

pumicis ana ℥iſ.
Tritis ſingulis &
diligenter com-
mixtis F. pulvis.

CAPUT XII.

DE ANGINA.

ANginæ conferunt ea in quibus ſal nitroſum & ammoniacum deliteſcit, ut ſtercus canis albi oſſa rodentis in aqua probè coctum & cum melle exhibitum : Item raſura dentis apri ; Cinis Cancrorum uſtorum, Cinis hirundinum.

Conſolida media, Prunella, uvularia, Cervicaria, mentha criſpa, Rubus Idæus, Berberes, Ribes &c.

Gargarisma tale sit:

℞ *Cortic. granat. ℨß.*
alum. usti ℨi.
mellis coch. iij.
vini ℔ j.
Coquantur probè tecta.

Aliud: ℞ *Aq. Plantag.*
Rosar. ana ℔ j.
gran. berber.
cortic. granat. ana ℨi.
F. *Ebullitio,*
cui adde
diamor.
Dianuc. ana ℨi.
Succi granat.
Syr. acetos. citri ana ℨß.

Aliud expertum:

℞ *Hord. integ. ℨi.*
flor. rosar.
malv. arbor. ana Miß.
balaust. pug. j.
fol. plantag.
prunell.

solatr.

ſolatr.
anagall. querc. ana Mi.
ſcabioſ.
cent. min.
Endiv. ana Mſ.
Cortic. med. ſambuc. Miſ.
cortic. granat. exicc. ℥i.
rad. ariſt. rotund. veræ
Irid. ana ℥i.
Sem. cydon.
malvar. ana ℥ij.
acetoſ. ℥i.
Ligni ſancti ℥iij.

Decoq. omnia in ſ. q. aquæ puriſs. fontan. Colaturæ expreſſæ ℔ ij. adde dianuc. diamor. ana ℥ij. Syr. granator. aceti roſac. ana ℥j. mellis deſpumat. ℥v. alum. uſti ℈ij. F. Gargariſmus.

Cryſtallum Minerale (ut vocant) ſeu Lapis Prunellæ (quod Linguæ inflammationi, item

 fau-

faucium vicinarumq; partium asperitati unicè medeatur) insignioris virtutis est: ejus ℈j. vel ℈iſ. in aqua aliqua appropriata resolutus & gargarisatus mirè confert: potest etiam parum hujus misturæ cum sacharo junctæ deglutiri; vel si mavis, Sali Prunellæ vulgari modo præparato q. pl. adde sacchari candi vel crystallini tantundem, vel etiam plus, utrumque pulverisatum coque cum aquæ rosar. q. ſ. donec guttula lamellæ stanneæ superfusa Galredæ consistentiam habeat: effunde in concham & repone, relinquendo donec instar lapidis induruerit: tandem exime, & in particulas diffringe, vel etiam
in

n pulverem redige, hocque sæpius utere.

Crollius tamen in basilic. chymic. pag. 154. Spiritum salis Nitri præfert, quod hic tum in extinctione inflammationum, tum in resolutione apostematis plus valeat: Exhibetur autem ex ejusdem Autoris sententia in haustu aquæ fontanæ calidæ, unciis nempe duabus aquæ mistis cum Spiritus vini vulgaris & Spiritus nitri ana ʒſ.

Pro topico commendat Gesnerus in epist. medic. fol. m. 112. Cataplasma ex hirundinis nido cum melle & adipe gallinaceo vetere.

Amatus Lusitanus cent. 4. cur. 90. suadeo, inquit, integro hirundi-

num nido terreo cum ſuis paleis ſi-
mul & ſtercore pro conficiendo
Emplaſtro, & medicamento Angi-
nis conveniente, Medici utantur.
& paulò poſt, Nidus enim hirundi-
num, præcipuè ſylveſtrium aridus
multam diſcuſſoriam vim habet.

Utiliter quoq; ſeqq. addun-
tur: ℞ Nidi Hirundinis No. j
altheæ, chamomil. ana p. j. F
decoct. in ſ. q. aquæ, & in mor-
tario omnia piſtentur; quibu
adde farinæ hordei ℥ij. chamo-
mil. ℥j. ol. roſac. chamom. an
℥j. croci ʒj. cum prædicto deco-
cto q. ſ. miſce, F. Emplaſtrum
tepidè collo ſæpius applican-
dum.

CAPUT

CAPUT XIII.

DE DYSPNOEA ET ASTHMATE.

PEctoris vitiis conferunt Hyſſopus, Scabioſa, Veronica, Pulmonaria, Marrubium album, Abrotanum, Tuſſilago, Capillus Veneris, Glycyrrhiza, Radix Ireos, & Enulæ Campanæ, Ficus, uvæ paſſæ, Amygdalæ dulces &c.

Species ad Pectus: ℞ radic. Ireos, helen. liquir. raſæ & inciſæ, fænicul. ana ℥ſ. ſem. Aniſi ʒvj. fænicul. ʒij. cumin. carui ana ʒj. baccar. Juniper. ſucci Liquirit. becchiæ albæ ana ℥ſ. ſpec. diapenid. diair. ana ʒij.

 ſacch.

ſacch. candi ℥j. tritis & commixtis ſingulis F. Pulvis.

Syrupus Pectoralis inſtar omnium hic erit:

℞ *Radic. liquirit. raſæ*
tußilag.
Irid.
Enul. camp.
pyreth.
fœnicul. ana ℥vj.
ariſtolog. long.
angelic. ana ℥ij.
Herbar. hyſſop.
card. bened.
praßij,
cruciat. veræ
capill. vener.
trichom.
agrimon.
beton.
ſummitat. urtic.
pulmonar.
Flor. melilot. utriusq;

meliss. ana Mj.
Sem. Anisi
fænicul.
Lini,
fænugræc.
urtic. ana ℥j.
Sem. 4. frig. major.
Passul. enucleat.
Amygd. dulc. enucl.
Sem. papav. alb.
penidij ana ʒij.
tragacanth. ʒi.

Decoq. in q. ſ. aquæ ad medietat. & cum ſacch. deſpumetur q. ſ. F. ſ. a. Syrupus.

Alius: ℞ *Capill. vener.*
veronic.
ſcabioſ. ana Mj.
flor. borrag.
bugloſs.
violar. ana p. ij.
ſcolopend.

tuſsilag. ana Mſ.
radic. polyp. ℥vj.

Infunde omnia per noctem in ℔ iij. aquæ fontanæ, mane coque in vaſe duplici ad medietat. conſumptionem F. Colatura, cui adde ſacch. candi ℥iijſ. ſacch. penid. ℥iiij. coque omnia ad juſtam Syrupi conſiſtentiam.

Conferunt quoque compoſita quæ in Officinis proſtant, qualia ſunt Oxymel ſcyllitic. Eclegma ad Aſthma, Diair. Salomon. Diatragacanth. calid. Rob nucum, quod Aſthmati inprimis medetur, ſi cum deſtillata Aqua ex fructibus mori diſtemperatum fuerit, mirabiliter enim reſolvit, ſi præterea aquæ quæ fit ex ſaccharo albiſſimo &

rapha-

raphani taleolis ſimul in patinis duabus hinc inde commotis, recenter factæ cochl. j. mane ſeroq́; exhibeatur.

Ex Radice Vitis albæ ſeu Bryoniæ excavata, rurſumq́ue proprio cooperculo obturata, inq́; cellam poſita, intra paucas horas aqua colligitur, quæ ſæpius exantlata in balneo deſtillatur, cujus ℥iij. cum Spiritus Vitrioli ʒij. miſtæ ſerventur uſui; Ejus cochl. j. quotidie exhibitum Aſthmaticos mirificè, pulmonesq́; impuritatibus refertas expedit, reſpirationemq́; facit liberam.

His annumerare eſt Flores & Lac Sulphuris, quæ Croll. in baſilic. chym. pag. 200. Pulmonum

monum ſpecificum quod ab Aſthmate præſervent & liberent, eſſe docet.

Flores Sulphuris alij ex colcothare & ſale, alij per ſe ſublimant, hosq́; illis præferunt, credunt enim eos ex vitriolo acredinis aliquid contrahere, ideoq́; ſublimationem horum ſeq. modo inſtituunt:

Cucurbita terrea, ad quam prius alembici duo exactè congrui ſelecti ſint, ita ut unus poſt alium exigente neceſsitate poſsit adhiberi, collocetur prorſus vacua in arenam, quæ ubi gradibus ignis paulatim fuerit excalefacta, mitte in eam ſulphuris communis in fruſta conquaſſati manipulum unum vel alterum, & appone alembicum, videbis paulò poſt elevari flores, ſi nempe juſtè ignis ſubminiſtratus fuerit: ſecus enim

nim ſi intenſior is fuerit, jacturam icies operis: quod ſi itaque nonni- l florum in alembic. elevatum fu- it, illo ſublato ſubſtituatur alius, itidem flores optimi colligantur.

Commendabiles quoq; ſunt lores Benzoini, ſi nempe ho- um ℥ij. cum ℥j. florum ſulphu- is per ſe ſublimatorum miſce- ntur, & ex hac mixtura ſingu- is diebus manè jejuno ventri- culo ℨj. cum pauxillo ſalis in ovo ſorbili exhibeatur.

Elixir Proprietatis Paracelſi teſte Croll. in baſilic. chymic. pag. 171. cum aqua hyſſop. & tuſſilagin. exhibitum, miranda præſtat in affectionibus thora- cis & pulmonum.

CAPUT

CAPUT XIIII.

DE TUSSI.

COnveniunt Syrupus de prassio, de glycyrrhiz. calaminth. capill. vener de sarasar. de scabios. Looch san. & expert. de pulmon. vul pis, de pino, de scylla, de caulib Decoct. caric. passular. radic Ireos &c.

Utilis est præsertim Junioribus, seq. potio: ℞ rad. Ireos florent. ℥iiij∫. enul. campan. fænicul. ana ℥iij. herb. adianth. M.ij. scabios. heder. terrest. M. j. flor 3. cord. ana p. ij. sebesten. No. xx. jujub. No. xv. passular. minor. ablutar. ℥j. sem. 4. frigid. major.

jor. ana ℥j. cinam. acutiſs.
. garioph. ℈iſ. hord. mund.
. Decoq. in aq. fontan. puriſs.
iij. ad medietat. conſumpt.
olaturæ adde Syr. de ſcabioſ.
jſ. de tuſſilag. ℥iſ. Miſcean-
r pro potione.

Hoc ipſo tempore, dum hæc
iberemus, Illuſtriſſimæ cui-
m Perſonæ ſeqq. Rotulas pa-
ri curavimus, quibus feliciſſi-
è uſa eſt:

℞ *Radic. Liquirit.* ℈ij.
Ireos,
Cinam. ana ℥i.
Inciſa decoq. in duplici vaſe
in aq. fœnicul. ℥ij.
ſcabioſ. ℥i.
roſar. ℥iſ.
Poſt unius horæ quadrantem
colentur, & in colatura diſſolv.
ſacch.

sacch. cand. ℥viii.
penid. ℥iij.
Decoctio lentè inspissetur,
& adde pulv. Cinam. ℈ij.
radic. Ireos ℥i. ℈j.
tragacanth. ℈ij.
margar. præparat. ℈j.
F. Confectio in
Rotulis.

Pluribus hoc Decoctum pr
fuit: Decoquantur in aq. pur
Rapæ communes, hordeum
corticatum, liquirit. ana q.
Hujus decocti ℞ ℔ iij. in q
coquant. ad casum tertiæ pa
uvar. passul. ℥j. sem. petro
fænic. ana ʒij. urticæ, anisi, a
ʒj. cinam. crassiusculè incisi
quibus in puppa ligata adjici
tur inter ebulliendum Rhab.
rhapont. ℈ij. Spicæ ℈ſ. exp
ma

[...]tur puppa, reliqua exhibe-[...]tur.

Perutiles in nonnullis Phar-[ma]copoliis parantur Morſuli [...]os Principum Tabellas vo-[ca]nt:

℞ *Cinam. elect.*
Irid. florent. ana ℈iiij.
Liquirit. ℈ij.
Aq. roſar. ℥i.
fænicul. ℥ij.
ſcabioſ. ℥i.

Incidenda incidantur, & len-[t]o igne in vaſe duplici deco-[q]uantur, ſtent in infuſo per ho-[ra]s 4. poſtea colentur, & in co-[la]tura diſſolv. ſacch. optimi [℥]vij. addendo pulver. cina-[m]om. tragacanth. ana ℈ij. pulv. [di]reos ſimplic. ℈iij. margar. præ-parat.

parat. ʒß. Fiant Morſuli ſ. a. d
aurati.

Si cui Electuarium magis a
rideat, ſeq. utatur: ℞ Conſer
Roſar. violar. nymph. ana ʒ
tabal. diatragacanth. frigid. c
arrh. Abbat. Diatrion ſant.
ana ʒß. Syrup. de papav. ʒiij. m
ſceantur probè: adde Syr. vio
q.p. pro Electuario. Addi po
erit Syr. de Roſis rub. It. ſpeci
Diatrag. frigid. Syr. de capi
vener. &c.

Vel: ℞ *Loboch. de pulmon. vulp.*
Sani & expert.
De pino ana ʒß.
Sacch. candi ʒvj.
Succi glycyrrh. ʒij.
Sem. Aniſi.
fœnicul. ana ʒß.
Enul. campan.

hy

hyssop. sicci ana ʒ ſ.
Cum Syrupo de hyssop. &
praſsio q. ſ. F. Electuarium,
addendo flor. ſulphuris ʒ ſ.
miſceantur omnia probè.

CAPUT XV.

DE PLEURITIDE.

EX ſignatura conveniunt Carduus Benedictus, Carduus Mariæ, Carduus Lanceolatus, Conſolida Regalis, Hippogloſſum &c. Item Maxilla Lucij Piſcis, Auratæ, Dens Apri.

Decantatiſſima eſt in hoc affectu Aqua Benedicta Rulandi quam in Curationibus Empiricis ſexcenties deprædicat, cujus præparationem Cent. 5. Curat. 95. talem eſſe docet:

Crocus

Crocus (inquit) noſter Metall
rum maceratur per noctem, vel u
gente neceſsitate à lentis magnit
dine ad piſi quantitatem in aqu
vel vino, vel cereviſiæ, vel aqua mu
ſa, vel denique in liquore mor
conveniente; de quo capiatur p
infuſionem aut ebullitionem ab
ad ℥ij. colaturæ deinceps bibit
frigidè vel calidè. Colaturæ huic n
men impoſuimus, quo nuncupat
Aqua Benedicta, quæ maxima cu
Ægrotorum ſalute in omnib
morbis etiam incurabilibus pro
natur aut per ſe, aut aliis admiſ
tur, ut docent Curationes. Hæc i

Crocus autem Metallorum
(docente Quercetan. in ph
macop. dogm. reſtit. fol.
77.) paratur ex Magneſiæ S
turninæ opalinæ & pellucid
& Lapidis vel Salis Prunellæ
qu

ualibus partibus ignitis, & phi-
losophica calcinatione calcina-
is. Crocum verò vocant, quia
enè colorem croci adhuc dum
n flosculis suis subrubescentis
efert. Metallorum Crocum
ndigitant, quod communi Her-
meticorum opinione receptum
sit, Magnesiam Saturni, quam
ajunt esse Antimonium, existe-
re Ens & radicem omnium me-
tallorum.

Idem Autor ibidem summè
quoque commendat:

Aquam papaver. Rhead. ex qua
exhibentur ℥iij. vel iiij. cum ʒj pul-
veris ex Corall. albo, avellan. rubris
& luc. j. piscis mand bulis ana com-
positi. Vidit hoc solo remedio nul-
loq; altero sive externo sive interno
adhibito, elegantes simul, & certos

experimentorum effectus. Si malum (pergit ibidem) perseveret ultra diem tertium, dandum erit sudoriferum aliquot, quod eidem morbo sit congruum & specificum, cum pomo curtipendulo excavato, & olibani sive thuris masculi ℈j. repleto, & ad ignem cocto, adeò ut pulvis olibani & pomi substantia inter coquendum commisceantur: Sunt qui adjiciunt tantillum sacchari Candi. Post deglutitum pomum assumat Æger subitò ℥ij. vel iij. aquæ Carduibenedict. stragulisq; coopertus multum sudet. Hujus remedij beneficio innumeros pristinæ valetudini restitutos novit idem Autor.

Croll. in basilic. chym. pag. 153. & cum eo plures alij Spiritum Salis Nitri cum sudorifero præscribunt, qui malignos, cru-
dos

[...]os, nitrososq́; humores discu-[...]it & resolvit, omnibusq́; inten-[...]ionibus respondet : nec est [...]uod hic acredinem tussim pro-[...]ocantem metuamus, illa et-[...]enim ad resolutionem necessa-[...]ia, moxq́; alleviatio sequitur.

Spiritum quoq; Tartari pag. 160. ob easdem virtutes (minores tamen) deprædicat, ideoq́ue cum Nitri Spiritu mistus seq. modo rectè exhibetur, ℞ Spiritus tartari ℈ſ. Spiritus Nitri ℈j. Aq. fontanæ tepidæ ℥ij. Misceantur pro una dosi.

Montanus in Epist. medicinal. 21. sect. j. lib. j. & Gesnerus in Epist. fol. m. 20. 21. 39. 108. Pauperibus pro Lambitivo ol.

Lini ℥if. vel etiam ultra exhibere jubent.

Alij de munditie parum soliciti, stercoris equini expressum succum exhibent, de quo Manlius ex Philip. Melanchton.

Memini optimum quendam virum iter in æstate facientem in convivio incalescere, & laborare Pleurisi, cui frater meus dabat pharmacum, quo etiam est usa uxor D. Lutheri: descendebat frater meus in stabulum equorum, exprimebat ex stercore equino succum, cui, ad fallendum, saccharum inspersit, & ægrotanti hauriendum dedit, jubens eum simul in lecto dormire: hac unica curatione postridie fuit curatus. Hæc ille. Sumendum autem est stercus equi commedentis avenam, in hac enim digerendi vis maxima est.

Ad Expectorationem:

℞ *Spec. diair. ſimpl.*
Diapenid. ana ℥i.
Diarrhod. Abb. ℥ſ.
Ireos albiß. ℥i.
Succi glycyrrh.
ſacch. candi ana ℥ij.
Sacch. albiß. q. ſ. in aq roſar. ℥iijſ. diſſoluti, F. confectio in Rotulis.

CAPUT XVI.

DE PHTHISI.

HUc refer ea, quorum ſupra cap. 13. & 14. mentio facta eſt, omnia enim utiliſſimè hic quoque adhibentur.

Deſtillatum hoc non ſine ratione apud nonnullos in magno pretio eſt: ℞ Interiora vituli,

 cor

cor nempe, Epar, Pulmones, (alij Vulpis Pulmones addunt) eaq; abjectâ pinguedine & exemptis probè venulis, minutim conſcinde; poſt adde herbar. hyſſop. Veronic. Pulmonar. Salv. Agrimon. ana Mj. affunde earundem Aq. q. ſ. ſtent per aliquot dies in infuſione, poſt ex balneo deſtillentur.

Phthiſicos ocuſariter juvat Lac Sulphuris (teſte Croll. in baſilic. chymic. pag. 201.) agendo in humidum radicale, Ægrotantium teſtimonio, cum aq. tuſſilag. & betonic. exhibitum.

Electuario quoque Laudani in Aq. Hyſſopi exhibito, hos diu foveri poſſe, ibidem pag. 178. aſſerit.

Balſa-

Balſamus Sulphuris (quem Quercet. in pharm. dogm. reſtitur. fol. 441. Rubinum Sulphuris vocat) à guttis 4. ad 7. vel 8. in liquore congruo exhibitus, idem præſtat.

Quinta Eſſentia Perlarum, ad guttas 4. vel 6. quotidie exhibita, Phthiſicis quoque ſummum ſolatium eſt, illos enim priſtinæ ſanitati reſtituit, & morbum planè expellit, præſertim ſi guttulæ aliquot olei cinamomi ipſi adjungantur.

CAPUT XVII.

DE HÆMOPTYSI.

SYrupus Myrtinus cum Looch de Portulao. vel de

Mucilaginibus miſtus, pluri-
mum prodeſt: Item Conſerv.
Roſar. antiq. cum ſemine por-
tulac. tragacanth. papav. troch.
de ſuccin. de terra ſigillat. de
Carabe &c.

Vel: ℞ *Lohoch. de portulac.*
ſani & expert. ana ℥ſ.
Confect. diatrag. frigid. ʒij.
Trochiſc. de Carab.
de terra ſigill. ana ʒiſ.
Sem. portulac.
plantag. ana ℈j.
Cum ſ. q. Syrup. Myrtin.
F. Lohoch.

De noctu ſæpius exhibeatur
ſuccus violar. & glycyrrh. Item
Rotulæ Diapenid. & Diatragac.
Interdiu verò de hac mixtura
quantitate juglandis ſæpius:
℞. *Lohoch. ſani & expert.*

de pul-

de pulmon. vulp.
de pino ana ℥j.
Syrup. de hyssop.
de glycyrrh. ana ℥ſ,
Miſce, addendo florum
ſulphuris ℥ſ. F. mixtura
Lambilis.

CAPUT XVIII.

DE CORDIS AFFECTIBUS, SYNCOPE, LIPOTHYMIA, PALpitatione, &c.

SImplicia Cordi convenientia Cardiaca dicta ſunt Roſmarinus, Meliſſa, Ocymum, Doronicum, Grana tinctorum h. e. chermes, gariophylli, Crocus, Cubebæ, Cardamom, Galang. Roſa, Viola, Borrago,

 Cereſa,

Ceresa, Succus Citri, granatoru
Margarit. Corall. Hiacynth
Rubin. Sapphir. Os de cord
cerv.unicor.Bezoar,& id genu
sexcenta alia, quorum mult
plex ubique usus est.

Item, composita hæc, Con
fect.alcherm.de hyacinth.spec
diambr. diamosch. dulc. dia
margarit. calid. & frigid. Læti
Galen. Aromat. rosat. diatr
santal. Diarrhod. Abbat. &

Sequens Electuarium plur
mum proderit, ℞ Conserv. R
sar. Rorismarin. Gariophyll. v
olar. Borrag. buglofs. ana ℥
cinam. ʒij. Zedoar. macis, lig
aloës, cardam. ana ℈j. adde spe
diamargar. diatrion. santal. an
ʒiij. cum Syrup. de cortic. cit

q. s. F. Electuarium sæpius exhibendum.

Pulvis ad Idem, Hystericis cumprimis conveniens:

℞ *Margarit. præparat. ℈ij.*
Corall. utriusq; ana ℈ſ.
Castor. sicci ʒi.
Cornu cervi usti præparat. ℈iſ.
radic. & sem. pœon. ana ℈i.
Bezoar. orient. ℈ſ.
Lapid. quinq; pretios. ana gr. ij.
fol. Auri Nō: ij.
F. pulvis omnium subtilissimus pro 4. dosibus.

Paracelsus Aurum Potabile omnibus aliis medicinis præfert, quod nonnulli osores artis ignorantes Putabile dici malunt, quibuscum nobis in præsentia nihil. Certum quidem est, cum Aurum subjectum sit

pretiosum nimis, circa ejus elaborationes paucos esse occupatos: Sunt tamen non pauci veri Chymiatri, qui in Auri tanq. pretiosissimi Medicinæ thesauri, genuina & vera præparatione nullas non intendunt vires, qualis opinor est Franciscus Antonius Londinensis M. D. qui Aurum in formam mellis absque omni corrosivo redactum, ad quædam Germaniæ nostræ Medicinæ Lumina, doses complures ad faciendam probationem paucis ab hinc annis transmisit.

Crollius de vero Auro Potabili plurimos falsò plura quidem gloriari rectè asserit; verum in defectu Perdicum & Phasia-

nasianorum Carne bubulâ & eribus quis non vescatur? Sic gregium & insigne medicamentum est Aurum transparens Johanne Rhenano in Sole è uteo emergente fol. 39.40. descriptum. Sic Aurum Limatum, um cornu cervi usto per integrum diem diligentissimè tritum, dein reverberatum (quod n furno figulino quoque fieri potest) colorem acquirit incarnatum, Medicina sanè ut paratu facilis, sic viribus multùm efficax, quæ multis etiam laboriosissimis Auri præparationibus præstat.

Salia, Magisteria, Olea, Essentiæ & Tincturæ Gemmarum in confortandis Spiritibus vitali-

bus totiusque corporis pluri-
mum valent, quarum parand-
rationem apud Crollium Quer-
cetanum & Alios invenies.
Sunt qui in Essentiis Gemma-
rum, nominatim verò Smaragd-
extrahendis, spiritu urinæ sec-
modo parato utuntur:

℞ Urinam puerorum vinum bi-
bentium recentem, destilla, pe-
alembic. in Mariæ baln. destillatum
fæcibus propriis reaffunde, denuo
destillando prodibit Spiritus Urin-
cum suo tamen phlegmate mistu-
hujns sufficientem quantitatem
funde super Smaragdi pulverem in
ferreo mortario subtilissimè tr-
tum, relinque aliquandiu in calid-
vitro probè obturato, donec sat-
cærulea appareat Tinctura Spir-
tum Urinæ Tincturâ Smaragdi im-
prægnatum decanta & destilla, m-

nel-

ebit extractum coloris cineritij: Ex hoc per Spiritum vini affusum Extrahe viriditatem, quæ Smaragdi Essentia est, si paululum ab eodem Spiritu Vini per destillationem revocato, crassiusculam consistentiam facta fuerit, cujus dosis ad gutt. 4. ad 6. & 8. Insigne Capitale & Cordiale est, curat Melancholiam & Paraphrenitidem, Palpitationes Cordis tollit & Syncopas solvit.

Crollius in basilic. chymic. fol. 193. in deliquiis animi, Languore & Palpitatione Cordis Oleum Succini commendat, si cum Conserv. flor. Borrag. vel Buglosſ. exhibeatur: Item fol. 163. Sal Margaritar. oriental. cum aq. Cinam, borrag. buglos. Salviæ: Longè tamen expeditioris virtutis est Tinctura, Quinta Es-

ta Eſſentia vel Oleum earundem, ut ſupra quoq; notavimus.

Idem Autor pag. 169. Croci Eſſentiam, extractam per Aquam Vitis menſe Majo poſt reſectionem collectam laudat, quam dicit ſummam eſſe Medicinam, ubi quis quaſi ad deſperationem è nimia triſtitia venit; verum hoc menſtruum extractione factâ ad medietatem rurſum abſtrahendum, aliàs facilè putreſcit. Beguinus lib. 2. cap. 20. per Spiritum vini non incommodè extrahit; Alij per ſerum Lactis extrahi malunt.

Balſami quoque confortantes ad revocandos Syncope oppreſſos, plurimum præſtant quales ſunt Balſam. Succin. gariophi.

oph. macis, nucis mosch. roris-
ar. majoran. lavendul. de quo-
um vera compositione supra
onnulla adjecimus.

CAPUT XIX.

DE VENTRICULI AFFECTIBUS.

VEntriculo languido succurrunt Absinth. Card. benedict. Mentha crispa, Rosmarin. Major. Meliss. Fæni-cul. Anis. Cumin. Galanga, quæ teste Crollio de signat. rer. in-tern. fol. 22.) externus est Ven-triculus, per quam internus ser-vatur: Zingib. Piper. garioph. calam. aromatic. & plura alia. Item Pelliculæ Gallinar. ventri-

culo-

culorum interiores, vino pro
lotæ exſiccatæ & pulveriſatæ.

Feliciſſimè hactenus uſi
mus Spiritu Abſynthij hoc m
do parato:

℞ Secalem molâ confractam
ſemin. Abſynth. ana q. p. affunde
tina aquam ferventem & probè
ſcè: dein poſtquam tepuit iſta m
teria admiſce fæces Cereviſiæ, in
piet materia fermentare, quam p
deſtilla, & rectifica, habebis Sp
tum frumenti Abſynthitem eleg
ter viridem, qui per phiolam de
rectificatus, ſæpè factus eſt cærule

Huic interdum aliquot gra
Salis ejuſdem feliciori cum ſ
ceſſu adjecimus & exhibuim

Salia vegetabilium qua ra
one parentur, notiſſimum
per calcinationem nimirum,
tra

ctionem, filtrationem, & co-
ulationem: verum quomodo
dem crystallina seu transpa-
ntia instar Salis petræ reddan-
r, neque frigidiori loco expo-
a in deliquium abeant, paucis
notuit. Nonnulli Herbarum
neres post calcinationem cum
quali parte sulphuris miscent,
igne admodum leni calci-
nt: post aquam communem
lidam superfundunt, filtrant,
justam consistentiam evapo-
nt, frigidoque loco ut in cry-
allos abeat exponunt. Verum
ec operatio tædiosa est, & mi-
us rectè procedit. Alij per re-
eratas solutiones, filtrationes,
coagulationes cò quo ten-
unt ferè perveniunt. Rectiùs
autem

autem sequenti modo oper
beris:

Sali vulgari modo præparato
troq; indito affunde per vices Spi
tum seu oleum salis vulgare li
nondum rectificatum, & excita
tur strepitus: perge ita per vices
fundendo Spiritum Salis donec n
amplius strepat; tum benè agi
tum per aliquot saltem horas
rursum quiescat repone: Dein
funde aquam puram ad emin
tiam palmi, vel q. p. effunde in c
cham vitream & solutionem
filtrum vel residentiam depura,
pora, tum ad tertias in cellam re
ne, concrescit sal crystallinum;
separato residuum rursum ad
tias evapora, salemq; quoties o
esse videbitur diligenter collig
ad usus reserva.

Quercetan. in pharmac
dogm

gmat. restit. fol. m. 271. & in
pon. ad Aubr. pag. 18. 19. Pul-
em Stomachicum ex Radi-
Aaronis præparata præscri-
, insignium virtutum, ut ibi-
m videre est.

Spiritus & Oleum Vitrioli
garici & Romani propter aci-
atem Ventriculo languido
ccurrunt; cui tamen alij Spi-
um Vitrioli Veneris præfe-
nt, quem ob id Esurinam aci-
tatem vocant.

Unguentum ad Ventriculum
gidum

℞ *Ol. mastichin.*
absynth.
menth. ana ℥ß.
Mastich.
gariophy. ana ℈j.
Calam. aromat.

fol.

fol. menth.
gran. paradiſ. ana ℈ſ.

pulveriſentur tenuiſſimè, cri-
brentur, & cum modico Cer-
novæ Fiat unguentum moll
cui adde extract. nuc. moſch. ℥

Pretioſius hoc eſt:

℞ *Ol. maſtich.*
cydon.
de abſynth. ana ℥ſ.
de menth. criſp. ℥ſ. ʒi.
Ol. nuc. moſch.
nardin ana ʒi.
ligni aloës
macis
Cinam. ana ℈i.
Corall.
roſar. rubr. ana ℈ſ.
Ol. gárioph. gutt. vj.
Moſch. gr. iij.

Pulveriſanda pulveriſentur, & cum modico Ceræ F. unguentum molle.

Proderit & multum hic Saccus continuò geſtatus ℞ Mach. Galang. ana ℥ij. Nuc. ſch. Nõ. j. cariophyll. calam. mat. ana ℥iij. cortic. citri, ntior. ana ℥ij. ſem. aniſi, cun. ana ℥ij. baccar. lauri ℥iij. ſar. rubr. herb. agrimon. orin. calamenth. abſynth. ana . menth. criſpæ Miſ. Ex his nquaſſatis F. ſacculus Stomaicus qui cum rubeo vel albo ndone interpaſtetur.

Ad Ardorem Stomachi (quem racelſus Orexin, Germ. den od vocant) hos Morſellos exrti ſumus:

℞ *Cretæ præparatæ ℥i.*
Ocul. Cancri ℥ſ.
abluantur ter aut quater cum aq. borrag. & violar.

boli

boli armen. veri ℈ij. gr. X.
Corall. rubr. ℈ij.
margar. præparat. ℈i.
macis torrefact. ℈ſ.
cinam. inciſ. ℈i.
Sacch. Cand. ℥viij. cum Aq.
Roſar. F. Morſuli.

Fomentum pro Ardore Sto-
machi tale ſit : ℞ Roſar. rub.
Mj. fol. acetoſell. Intybi ſati.
latifol. ana Mſ. abſynth. ſic.
Mj. coriand. præparati ℥ſ. ſant.
omnium ana ʒiſ. bacc. oxy-
canth. ʒij. Decoq. ſ. a. in q.
aquæ : huic calido decocto
Spongia immergatur, dein e-
primatur, eademq; Ventricul.
ſæpius fomentetur.

Vomitum reſtinguit Spo-
gia marina in aceto forti bul-
ta, & ſupra Stomachum poſit.

Vel ℞ Farinæ Lupinor. ℥ß.
Cent. minor. abrotan. ana ℥j.
Aloës epatic. ℈ij. pulveriſentur
tenuiſſimè, & excipiantur aceti
acerrimi ℥v, aquæ Abſynth. ℥iij.
miſceantur, & applicentur te-
pidè orificio Ventriculi cum
Spongia nova, fiatq; hoc per in-
tervalla.

Rulandus cent. j. cur. 12. mi-
ſcuit vini malvat. ℥j, & ol. vitriol.
gut. vj. cujus ſingulo mane je-
juno ſtomacho ℥j. exhibuit, quo
ſolo vomitus conſtitit.

Hypercatharſis inhibetur li-
gaturis & extremorum frictio-
nibus, Cucurbitulis umbilico
applicatis, topiciſq; aſtringen-
tibus Ventriculi regioni impo-
ſitis, aſſumptâ quoque theriacâ

recenti cum grano opij: Vel exhibeatur ʒſ. pulveris pumicis in hauſtu vini.

Singultui conferunt oleum Ocymi, Menthæ, Aniſi, cum vino exhibita. Item Syrup. de Mentha & Abſynth. cum pauco Caſtoreo probè admixto.

Stockerus in Empiricis lib. j. cap. 32. hos Morſellos laudat: ℞ Coſti, Croci, Roſar. recent. maſtic. ſpicæ ana ℥ſ. aſari ʒij. aloës, opij ana ʒj. conficiantur cum ſucco pſyllij, & exhibeatur ʒj. Pſyllium (addit) & opium ſtupefacit, Spica confortat & reſolvit, Aſarum inclinat humiditates ad vias urinarias, & educit eas, Aloës educit per vias ſeceſsûs, crocus & coſtus maturat & confortat.

Applicetur & hoc Emplaſtrum ad ventriculi regionem.

℞ fe

℞ ferment. veter. ℥vj. ſucci abſynth. menth. ana ℥iſ. aceti fortiſſi. q. ſ. incorporentur & extenuentur omnia ſecundum latitudinem palmæ, & ſuperſpergatur pulv. garyoph. nuc. moſch. calefiat & applicetur.

CAPUT XX.

DE DIARRHOEA.

Diarrhœâ correpti creberrimè utantur Oryzâ cum jure carnium ſeu lacte cocta, de hac enim refert Columbus in navigatione Americana eos ſolum Diarrhœâ & Dyſenteriâ detentos evaſiſſe, qui coctam biberint.

Potus ſit Aqua chalybeata,

in qua Corall. cornu cervi uſt. ſpodium, tormentill. biſtort. nux moſchat. citr. granat. punic. mala, cocta ſint. Exhibeantur item troch. de ſpod. de terr. lemn. diacyton.

Lac caprinum in quo chalybs ignita extincta eſt, tertiò de die exhibitum fluxum citò ſedat.

Commendabilis quoque eſt Syrupus Panthaleonis dictus:

℞ *Cortic. myrobal. chebul.* ℥i. ʒij.
citrin. ʒv.
paſſul. tritar. ℥ij.

Decoq. in ℔ iijſ. aquæ claræ fontan. ad medietat. conſumpt. In colatura diſſolv. ſacch. albiſſ. q. ſ. & aromatiz. ʒvj. cinam. acutiſſ. craſſiuſc. contuſi, atque ad

Syrupi

Syrupi consistentiam percoque, cujus dosis à ℥iſ. ad ℥ijſ.

Si pulvis arrideat magis

℞ *Myrobal. citrin. tost. ʒij.*
Rhabarb. tosti ʒiſ.
boli armen. ʒi.
Santal. flav.
Corall. rub. ana. ℈i.
margar. præparat. ʒſ.
troch. de spodio ʒi.

pulverisentur omnia subtilissime. Exhibeatur ʒj. eoq́; sæpius condiatur cibus.

Vel ℞ radic. torment. recent. ℥ſ. cornu cerv. usti albiſs. ʒij. sem. plantag. ℥ſ. nuc. mosch. ʒij. amyli ℥j. croci Martis ʒv. pulverisentur tenuissimè, & add. vitellum ovi recentis, contund. simul cum aq. plantag. vel folior. quercin. tandem adde boli

 arme-

armeni præparati, terræ ſigillat. Sileſ. ana ℥ij. Sacchar. q. ſ. F. Morſelli ad pondus ℥ij.

CAPUT XXI.

DE DYSENTERIA.

COnfer quæ capite præcedente, & ſupra cap. 10. de Hæmorrhagia Narium recenſuimus.

Conducit præterea Aqua foliorum Quercus deſtillata mane & ſero bibita: Rhabarb. toſt. Mirtill. Cydon. Symphyt. ſumach. balauſt. ſorb. officul. meſpil. &c.

Experientiâ probatus hic pulvis: ℞ maſtich. oliban. ana ℥j. corall. rubr. præparat. cornu cerv.

cerv. usti ana ʒß. lapid. hæmatit. præparati ℈ij. pulverisentur exactiss. & misceantur. Dosis ʒiß.

Vel ℞ radic. torment. ʒiß. bistort. ʒj. cyperi utriusque, acori officinar. cortic. Rhabarb. Oxylapath. ana ℈j. semin. acetos. ʒj. sacch. thomæi ℥ß. F. pulvis subtilis.

Syrupus quoque talis esto:

℞ *Radic. oxylapath. recent. ℥ß.*
tormentill. ʒiß.
althææ ʒi.
Herb. scabios.
centumnod. recent.
numular.
cent min.
veronic.
an gall. purp. ana p. j.
Flor. rosar. rubr.
prunor. sylv.
balaust. ana p. j.

 ficuum

ficuum ping. Nō. v.
Coq. in ℔ ij. aq. puræ:
Colat. adde Sacch. Thom. ℥i.
mellis despum. ℥ij.
Syrupi de scabiosa vel
panthaleonis (de quo
capite præcedente) ℥i.
Misceantur pro Syrupo.

Arnoldi de Villa nova dicitur est pulvis hic, in omni Dysenteriæ specie probatus: Accipe Turtur cum pennis suis, cujus interiora extrahantur, & pulv. boli armen. sang. dracon. mumiæ cum forti aceto & vitellis ovor. q. s. conficiantur, quo Turtur impleatur, in olla nova ponantur optimè obturatâ, & in furno comburantur. De hoc pulvere exhibet quotidie cum Aq. plantag. vel rosar.

vel

vel conſerv. roſar. antiqua.

Nos feliciſſimè quoque hactenus uſi ſumus Vitriolo Martis: Parato ex Limaturæ Martis tenuis optimæ purificatæ ℥ſ. ſuperfuſis in ſcutella vitrea olei Sulphuris per campan. facti, vel vitrioli olei ℥ij. ſic Mars totus ſolutus fuit, qui frigidiori loco expoſitus in cryſtallos abiit: Hi iidem cryſtalli per aquam communem ſoluti, & à fæcibus per filtrum liberati, denuò, aquâ prius ad juſtam conſiſtentiam evaporatâ, in cryſtallos abeunt puriores, quorum gr. ij. iij. vel iiij. in vino chalybeato vel appropriato alio exhibeantur. His interdum gr. j. vel ij. Croci Martis adjecimus.

Commendabilis quoque eſt Pulvis dyſentericus à Crollio in baſilic. chymic. pag. 251. & Eſſentia Croci Martis ejuſdem

pag. 252. 253. descripta, & ad mentem Authoris legitimè exhibita: Item Tragæa Granorum Actes à Quercet. in pharmacop. dogm. restit. fol. 276. & aliis sic vocata.

Tinctura Corallorum vera & genuina (de qua sup. cap. 4.) omnes indicationes in hoc morbo absolvit, calidum innatum, stomachi, reliquorumque membrorum omnium vires prostratas egregiè restaurat, sanguinem purificat, profluentiamq; ejus nimiam, ut & omnes alios ventris fluxus placidè compescit; Quod idem paulò tamen minore virtute præstat Sal seu Magisterium eorundem in appropriato exhibitum.

Topica adhibenda ſunt primò lenientia, dein aſtringentia, ex ſupra dictis paranda: E. G. ℞ roſar. rubr. ſantal. omnium, Myrtillor. ana ℥ſ. maſtic. oliban. ana ℥j. boli arm. ſang. dracon. (vel hujus loco Radic. Tormentill. mundatar.) ana ℥ j. diſtemperentur cum ſucco plantag. cyton. & parum Aceti, & applicentur.

Crollius in baſilic. pag. 252. Emplaſtrum ex Theriaca & Terra ſigillata tepidè applicat.

Amatus Luſitanus Pueros ſolo topico remedio curat, calente nempe omento exenterati vervecis, ventri applicato & faſciato:

Omentum (inquit. cent. 6. curat.

6.) ſupra ventrem extendi & iterari optimum eſſe ſcire vos velim; plures igitur verveces, arietes, aut hircos mactare jubete, & confeſtim exenterate, eſt enim remedium ſingulare.

CAPUT XXII.

DE COLICA.

HIc omnes nervi intendendi, ut alvus quotidie reſpondeat, ſecus enim cætera medicamenta intus & extra adhibita nihil aut parum proficient; quod potius leni primùm dein fortiori clyſtere (de quibus apud Practicos) quam vehementioribus pharmacis per os aſſumtis attentandum.

Pro-

Proprietate quadam Colicæ conferunt Inteſtinum Lupi ſiccatum & tritum, ſtercus ejusdem album, ſtercus canis, leporis, Lumbric. terreſtr. cornu cervi uſt. pulvis cochlear. Item, Cortices aurantiorum, in primis extractum ſeu oleum eorundem in vino exhibitum: Oleum quoque Caſtorei; Coagulum Leporis ritè præparatum.

Præſtant Spiritus & Oleum Juniperi, terebinth. Vitrioli, Salis communis, tartari, nitri, quorum unus vel plures ſimul exhiberi poſſunt.

Crollius in baſilic. chym. fol. 153. Spiritum Nitri cum Spiritu vini & aqua fontana tepidè exhibet,

hibet, qui ſupervenientibus ſudoribus, ſtragulis quoque contegendo prolectis, omnes dolores & cruciatus confeſtim tollit; ſi præſertim ab extra umbilicus quoque cum oleo Nuciſtæ expreſſo, admixtis aliquot Zibethi granis, inungatur.

Ibidem docet, quod & circa finem Curæ, Enulæ Campanæ uſus feliciter exhibeatur; ſed & in principio Colicæ mirè commendabilis exiſtit, ſi nempe ſumas radicum ejuſdem in taleolas ſuccisar. Mj. ſemin. fænicul. pulveriſat. Mſ. cum ℔ 2. vel 3. aquæ meliſſæ ad duas horas in diplomate coquantur, colatiq; per manicam Hipp. primus hauſtus exhibeatur veſperi ituro cubi-

bitum, ſecundus mane, ter-
us etiam veſperi.
Spiritus quoque Tartari in-
us & extra adhibitus pluri-
um valet, præſertim in Pareſi
u Contractura Colicam ſæ-
ius inſequente, ſi quoque ter
e die, mane, meridie & veſpe-
i (præmiſſo tamen panchyma-
ogo leniori, abſtinendum e-
im hic eſt à catharticis fortio-
ibus, propter ventriculum &
ires proſtratas) in aqua meliſ-
æ exhibeatur, expectando non-
unquam ſudores.

Tandem ad topica quoq; de-
veniendum, quorum inſigne
eſt Galbanetum Paracelſi hoc
modo paratum:

Super Galbani ℔ ſ. funde Spiritus
Tere-

Terebinth, clari ℔ j. digere per ali-
quot dies; poſtea ex Cucurbita non
nimis alta per alembic. deſtilla, pro-
dibit oleum generoſum, pro libitu
ab aromatibus ad gratiorem odo-
rem conciliandum denuò deſtil-
landum.

Ante inunctionem autem
membra contracta primum ad
reſerandos corporis poros cum
panno aſperiori fricentur ut
probè incaleſcant: dein aſper-
gatur Spiritus Tartari; ac de-
mum inunctio cum Galbaneto
inſtituatur, quæ quotidiè tertiò
repetenda eſt. A ſingulis autem
inunctionibus radix Symphyti
majoris (quæ membris exare-
factis humiditatem rurſus af-
fert) in aqua communi ad pulti-
culam cocta, membris inuncti-
ſtatim

atim imponatur, & nulla Con-
ractura ex Colica reſiſtet, quæ
lerunq; 14. dierum ſpatio tol-
tur, ſi modo Medici pruden-
ia cum Patientis æquanimitate
orreſponderint.

Utiliter quoque lotiones &
balnea inſtituuntur in labro a-
quæ dulcis, decoctionis furfu-
ris, malv. violar. capitum ovi-
um, vitulorum, inteſtinorum
bovis pinguium: poſt inungan-
tum membra debilia oleo lini
& Spiritu vini floribus verbaſci
& agrimoniæ prius infuſo: Hy-
pochondria verò, Spina dorſi &
pulſus manuum hoc unguento:
℞. mucilag. pſyll. ſem. cydon.
ol. violar. infrigid. Galen. lactis
muliebr. recent. butyr. recent.
ana

ana ℥ſ. tel[illegible] ranearum, ceræ al-
bæ parum ℞ unguentum.

CAPUT XXIII.

DE VERMIBUS.

ENecant Vermes & per fœ-
tentem camarinam expel-
lunt plæraque ſimplicia excel-
lentioris ſaporis amara, quali-
ſunt ſemen ſantonic. abſynth.
abrotan. marrub. centaur. min.
calaminth. menth. ſabin. ſcord.
Corallin. card. benedict. tana-
cet. aloë, myrrh. Decoct. lupi-
nor. amygd. amar. Infuſ. Succu.
Raphani & Naſturtij &c. Qua-
tamen plura vel ſingula hac me-
thodo exhiberi debent, ut dul-
cia utpote Lac, Mel, Syrup. de
gly-

ycyrrhiz. & similia, vel simul,
l aliquot diebus, vel præce-
ente saltem vesperâ prius assu-
antur, dein helmintagoga;
vermes hac ratione allecti fal-
ntur, cum amara valdè refu-
ant: Studendum autem sedu-
, ut occisi & enecati statim de-
iantur, ne sæviora inducant
mptomata, id quod fit per
ysteres vel catharctica, ut pi-
l. Ruffi, de aloë, Diturbith
m Rhabarb. quod egregium
ic est.

Vel exhibeatur seq. pulvis

℞ *Scord.*
Carduibenedict. ana ℈i.
Corallin. ℈ij.
Cornu cerv. usti albiß. praparat. ʒi.
rhab. inter. optimi ʒi.
F. pulvis omnium tenuißimus.

Sequens

Sequens D. Nævij est:

℞ *Sem. sancti ℥ſ.*
fol. senæ ſ. ſtip. ʒij.
cent. min. ʒiſ.
abrotan. ʒi.
Cornu cerv. uſt.
diptam.
lupinor.
athanaſ. ana ℈ij.
Miſce pro pulvere.

Pulveres ſi qui propter ſap
ris amarorem reſpuant, iis ſeq
exhibeantur Rotulæ: ℞ Spe
Liberant. cum aloë ʒiſ. Se
Lumbric. ʒſ. Rhab. inter ℈j.
nam. Zedoar. inciſor. ana
conſerv. roſar. ʒij. ſacch. albi
℥iiij. diſſolut. in aq. cichor.
abſynth. q. ſ. F. Rotulæ vel M
ſelli.

Aliter: ℞ *Cornu cerv. præparati*

olei Zedoar. gutt. vj.
de cortic. citri
limon. ana gutt. iij.
sacch. albiß. ℥iiij.
in aq. graminis q. s. dissoluti
F. Rotulæ.

Stockerus in Empiric. lib. j. p. 40. oleum lignorum exic- t. de avellanis per descensum ratum laudat;

De eo oleo (inquit) da mane cum ica panis unam vel duas guttas ieris, senibus verò iij. vel iiij. im- ediatè interficit & educit per se- ssum: Est enim fortè evacuati- um, ideoque non datur nimis pro ice, quia valdè solvit. Si vis expe- iri veritatem, tunc accipe quod- nque genus vermium, imò & pe- iculos, & impone ad modicam uantitatem istius olei, & in mo- ento temporis moriuntur; ex qua pro-

proprietate hoc fiat nescio, sed ve-
rum est. Hæc ille.

Mercurius & mercuriata o-
mnia Lumbricorum omnium-
que corruptionum hostes sunt,
ideò & nonnulli (inter quos &
Fernelius) Mercurium crudum
Puerulis à gr. vj. ad ℈ſ. imò ℈j.
exhibere haud verentur.

Forinsecus umbilicus & hy-
pochondria inungantur felle
taurino cum melle misto; vel
seq. unguento,

℞ *pulv. Sabinæ,*
Corallin. ana ℈i.
Colocynth. ℈iſ.
Rhab. el. ℈i.
Spec. hier. simpl. ℈iſ.
Ol. ruth.
absynth. ana ℥iij.
fellis tauri ℥ij.

Cum

Cum pauco aceto
F. Linimentum molle.

Vel ℞ pulv. ſabin. flor. age-
ti ana p. j. pulpæ colocynth.
terior. ℈ſ. hier. ſimpl. gr. iiij.
llis vaccin. ℥j. ol. ruthæ, a-
ygd. amar. q. ſ. adde parum
ceti ; juxta lentum ignem ca-
fiant, & ſpatulâ diligenter tra-
entur, F. Linimentum molle,
uo inungatur venter mane &
eſperi.

Item, Sume medullam panis
riticei recentis, contunde cum
nodica parte modò dicti lini-
nenti, adde pulveris hieræ
impl. ℈j. ut fiat maſſula, quam
uglandis cortici inſertam ve-
peri umbilico illigando ap-
plica.

Sæpius & in Ventriculo ge-
nerantur Vermes, ubi grana iii
iiij, ad viij. Gillæ Theophraſ
vel Salis Vitrioli albi Croll
perutiliter exhibentur.

Nonnulli ob vermium colli-
viem ſubitò quaſi attoniti abs-
ſenſu ullo alto ſopore ſterte-
tes concidunt, copioſumq; ſp-
ritum crebrò emittunt, ann-
tante Paracelſo lib. de amen
capit. de ſuffocat. intellect. fo
mihi 493. His Elixiri aliquo v
tæ revocatis, præter dictos ſ
pra pulveres etiam hic exhib-
atur: ℞ Sem. Santon. ʒj. ariſto
rotund. ʒij. croci ℈ſ. caſtor. gr.
pulv. Senæ præpatat. ʒiſ. myrr
℈j. aloës ſuccocitrin. ℈ſ. F. pu
vis tribus vicibus aſſumendus

Un-

Unicum hic addimus: Notiſ-
imum non ſolum ex modernis
ed & antiquiſſimis Medicinæ
criptoribus, Macrocoſmi Lum-
ricos torrefactos & exhibitos,
Microcoſmi omnis generis ver-
mes proprietate quadam ex-
pellere: An verò idem præ-
ſtent Lumbrici à puero jam de-
pulſi, rurſumq́ue exſiccati & ex-
hibiti, quæ plurimorum quoq;
ſententia eſt, aſſerere vix auſim,
docet enim Tabernæmontan.
in herbario germanic. lib. j. cap.
5. ex his ipſis arefactis & cum ſe-
mine ſantonici exhauſtis, certò
vermes generari; hancq́; frau-
dem & impoſturam Agyrtarum
& Hiſtrionum execrandam &
deteſtandam eſſe dicit.

CAPUT XXIIII.

DE HÆMORRHOI-DIBUS.

HÆmorrhoides nimium flu-entes ſiſtunt Syrup. myr-tin. de myrtill. cytoneor. con-ſerv. roſar. antiq. cum bolo ar-men. paſtill. è ſpod. confect. ſcor. ferri, elect. de croco Mar-tis, ſang. dracon. cornu cerv. uſt. Ab extra apponantur fol. rub. quercus, glandes, gallæ emplaſtr. de ſcoria ferri, roſa myrth. balauſt. ſorb. hypocyſt. ex quibus & Emplaſtra & Fo-menta parare liberum eſt.

Croll. in baſil. chym. pag. 253. croci Martis Eſſentiam ex-hibe-

hibet, in aq. burſæ paſtoris: Alij Crocum Martis malunt.

Sal quoque Corallorum omnem ſanguinis profluentiam & rejectionem & hæmorrhoidas ſiſtit in aq. plantagin.

Sæpius hæmorrhoides ſuppreſſæ & adſtrictæ aperiendæ ſunt ſucco cyclamin. aaron. bryon. cæpar. Item emplaſtris ex farina laterum, felle bovis, ſtaphiſagriâ; nec non unguentis ex medulla colocynth. amygd. amar.

Glandes quoque oblongæ per inferiorem gutturem ſæpè ſupponuntur, ex cæpis, radic. cyclam. irid. Item ex pulvere colocynth. & melle coſto.

Sæpiſſimè autem maxima In-

dicatio ſumitur à dolore, qui nonnunquam tam inſignis & potens eſt,ut totam curationem ad ſe trahat : Dolores autem ſiſtunt (teſte Croll. de ſignat. rer. intern. fol. 32) omnes villoſæ plantæ,& mollia herbarum folia lanuginoſa, quæ lanoſiore flocco quaſi caneſcunt: conducunt etiam ex ſympathia hæmorrhoidibus aſperum tactus horreſcentibus, folia Verbaſci oculi populi Arboris, Scrophularia &c. de quibus ibidē plura.

Furfures quoque triticei cum floribus Verbaſci & malva ſacculo incluſi, vino rubro coċti locoq; dolenti calidè appoſiti dolorem unius horæ ſpatio leniunt.

Vel ℞ verbaſci Miij. balauſt. ℥ſ. farinæ hordei Mj. omnia craſſiuſculè contuſa, & ſacculo lineo indita coq. in vino rubr. exprimantur duobus orbibus ligneis, & superſedeat Æger nudo podice; maximè poſt alvi dejectionem iterum calefiat.

Herba quoque Bonus Henricus dicta, (aliis Atriplex canina, Lapathi ſpecies eſt) contuſa, & cum butyro & lactis flore juxta lentum ignem cocta & expreſſa, unguentum exhibet mirabile contra omnem hæmorrhoidum dolorem.

Quercetanus Mellipedes in oleo nucum expreſſo coxit, & linimenti loco adhibuit.

Oleum quoq; è vitellis ovorum plurimum conducit.

Balſamus etiam Sulphuris Rulandi in cæcis dolentibusq; hæmorrhoidibus optimus exiſtit.

CAPUT XXV.

DE OBSTRUCTIONE HEPATIS.

HEpatica ſunt Agrimonia, Eupatorium, Endivia, Cuſcuta, Epatica, Schœnanthus, Capillus Veneris, Cichor. Centaur. min. Fumar. Scolopend. Lupul. Sem. carui, fænicul. dauci, calam. aromat. caſſia lign. cinam. & plæraque aromata.

Syru-

Syrupus Hepaticus egregius hic est:

℞ *Endiv. veræ*
Cichor.
Epatic.
Absynth. ana M ſ.
Scolopend. vulg.
Asplen. veri elect. ana M j.
Flor. borrag.
bugloß. ana M j.
cent. min.
fol. capill. vener.
trichom. ana M ſ.
Radic. fænicul.
petroſel. ana ℥ ſ.
Cortic. Cichor.
Liquirit. ana ℥ iiij.
Rad. cent. min. ℥ ij.

Coq. in ſuffic. quant. aquæ, colentur; dein cum ſacch. albo q. ſ. F. Syrupus, cui infundatur in petia ſerica ſeq. puppa, ℞ Spicæ-

 nardi,

nardi, cinam. macis ana ℥ij.

Sequens haustus præmisso digestivo, pluribus profuit: ℞ Syr. diair. rosar. solut. compos. ana ℥j. elect. de succo rosar. ʒij. extract. agar. rhabarb. glycyr. ana ℈j. aq. Cichor. & Cinam. ana ℥ſ. Misce.

Electuar. Indum, Diaphœnic. ana ℥ſ. cum decocto radic. aspa-rag. petroselin. rusci, utilite quoque exhibentur.

Tartarus Vitriolatus (docente Croll. in basilic. chym. pag. 118.) omnes obstructiones tollit, si misceatur cathartico (exempli gratia panchymagogo) vel offeratur in Syrupo rosar. vel violar. solutiv. vel melle rosato solutivo.

Spir

Spiritus & Oleum Vitrioli, alis, Tartari, prout & Sulphu-s acidus in tollendis omnium iſcerum obſtructionibus ma-oris ſunt activitatis.

Croci Martis Eſſentiam, Cro-o Martis vulgari modo præpa-ato Croll. in baſilic. pag. 252. ongè præfert in omnibus jeco-is & lienis obſtructionibus: ed ſumentes prius medicinis ttenuantibus alvumq; ſubdu-entibus purgatos eſſe oportet: xhibeturque, eodem autore, n aq. Intubi, Cichor. Agrimon.

Nec inconveniens eſt Ele-tuarium de Limatura Chaly-is in Correcto Noribergen-ium diſpenſatorio fol. 30. de-criptum.

D. Petræus in Noſologia Harmonic. tom. 2. fol. 187. Tincturam Martis ad tollendas omnes Hepatis obſtructiones, binos parandi modos præſcribit haud incongruos.

Non parum quoque confe[rent] medicamenta topica, diſ[cutiendi] vim habentia, ex ol[eis] nardin. juniper. anethin. ab[sinth.] ſynth. aniſ. cumin. parata.

Unguentum tale ſit: ℞ un[guenti] vel Cerat. ſantal. ℥j. un[guenti] roſat. comp. Meſ. ℥ſ. o[lei] nardin. amygdal. amar. ana ℥[...] adde lign. aloës pulv. ʒj. ſem[inis] apij, petroſel. ana ʒſ. Ceræ q.[s.] F. unguentum Hepatis regio[ni] applicandum.

Applicetur & hoc Empl[a-]

strum : ℞ Cerot. ſantal. in aq. Cichor. & viol. loti ℥ij. Emplastri de melilot. ℥iſ. F. Emplastrum.

Vel: ℞ *roſar. rub. ʒij.*
Santal. alb.
rub.
boli armen. ana ʒi.
Corall. rub.
ſpodij ana ʒſ.
Spec. diatr. ſantal.
diarrhod. Abb. ana ʒiſ.
Galliæ moſch. ʒſ.
Ligni aloës ℈ſ.
Camph. gr. X.
Cerati ſantalin. ℥ſ. ʒij.
Aceti roſacei parum,
Excipiantur cum
Laudan. optimi ʒiij.
ol. roſar.
myrtin. ana ʒij.
ceræ
reſinæ

pini ana ℥ij.
F. Massa Emplastri
& inspergantur
spec. diarrh. Abb. q. s.
Camph. gr. j.
olei spicæ gutt. ij.
F. Emplastrum Hepaticum.

CAPUT XXVI.

DE HYDROPE.

HYdropi medentur Corti-ces Sambuci, Ebuli, sol-danellæ succus, gratiola, bryon. colocynth. semen hederæ, lau-reol. chamel. thymel. Rhabarb. agaric. quæ tamen indifferen-ter non usurpanda; quod si e-nim materia in ventriculo con-tineatur, vel ad eum confluat, vomitus aquâ calidâ, decoct. raphan.

raphan. cum ol. olivar. vel aliis provocandus erit: cavendum tamen ne violentioribus corpus perturbemus aut vires prosternamus.

Ex compositis conferunt, Elect. hydragog. Indum, pilul. de rhab. de agaric. de mezer; vel seq. pulvis: ℞ serapin. ℈ij. troch. alhand. ℈j. diagryd. gr. v. salis gemmæ gr. iij. cum syr. rosar. solut. q. s. F. pilul. nō. xv.

Quibus pulveribus uti magis arrideat, seq. utantur: ℞ soldanell. fol. senæ s. stip. ana ℥ſ. turbith. ʒij. mechaoc. ʒiij. rhapont. ʒijſ. asari ʒj. ebul. ℈iiij. troch. alhand. gr. XVI. elater. ℈ſ. Misce pro IX. vel XI. dosibus.

Vel ℞ radic. mechaoc. ʒſ.

cortic. radic. ebul. soldanel. Ireos, Rhab. ana ℈ſ. turbith, gr. v. elater. gr. ij. Misce.

Reliquiis educendis & discutiendis inserviunt Diuretica, qualia inter cætera sunt radic. ononid. elenij, calaminth. meum, absynth. sem. dauci, sesel. decoct. Cicer. Lixivium ex cineribus vitium, ex cineribus de extremitat. frondium Juniperi cum vino albo factum, cui tamen aromata & saccharum melioris conciliandi gratiâ imponere licet: Hoc ipso lixivio non paucos ab Hydrope mirè liberatos legimus.

Est & pulvis quidam Diureticus, contra quosvis tumores inflationes corporis, & initium

Hydro-

Hydropis ſæpiꝰ expertus, quem Experimentum cujuſdam Comitiſſæ Iſenburgicæ Emiliæ fuiſſe ferunt, quo plures pauperes cumprimis integræ ſanitati reſtituit, ideò & totum Curationis modum pro ut ab aliis accepimus adſcribere libuit:

℞ glandium vetuſtar. excorticat. radic. petroſel. inveterat. oculor. cancri albiſs. ana ℈ijſ. ſacch. thomæi, Cinamom. ana ℥j. omnia tenuiſsimè pulveriſentur & cribrentur. Priuſquam Æger totus decumbat, Primum tres bucellas panis ſiliginei ſuperfundat vino forti ac valido, mox inſpergat eas ℈iiij. benè ponderatis pulveris præſcripri, & ſimul veſperi ante ſomnum comedat & ſuperdormiat. Secundò, die proximo ſequenti, ſummo mane itidem totidem de pùlvere bucellis

inſperſo utatur, & jejunet ad horam unam atque alteram. Tertiò, eodem die veſperi eâdem quantitate edat de pane & pulvere in vino irrigatis, ſeque cubitum nihil ſuperbibendo vel edendo conferat. Interim Diæta talis quoque inſtituatur: Abſtineat Æger à Piſcibus, Carnibus Porcinis, Oleribus, Caſeo, Aquis frigidis, potu tenui, potu ſuperfluo & helluationibus, Balneis. Utatur autem vino optimo tenui hoc modo parato ℞ umbellar. integr. flor. ſambuc. exſiccat. Nō. iij. ſpongiæ ſambuc. arefact. in aëre ſicco & puro Nō. ij. vini albi & fortis ℔ iiij. vel ad uſum pueri mediocris ætatis ℔ ij. Stent in infuſione per noctem, indeque bibat Æger ad placitum, & abſtineat à reliquo potu, donec tumor ſe occultet & recedat. Nota: Si Æger ab hac cura non evidentem alterationem ſenſerit & tumoris

missionem, potest reiterare Cu-
am elapsis 14. diebus, & non du-
ſum est quin divino auxilio sit pri-
inam valetudinem recuperaturus.
oteſt etiam utiliter tumori appli-
ari decoctum vini ex Nasturtio
quatico, anagallid. aquat. artemiſ.
grimon. betonic. corticibus viri-
ibus sambuci & floribus genistæ.

Hæc prout ab aliis accepi-
nus, ita quoque verbotenus in-
erere hic libuit.

Croll. in basilic. chym. pag.
18. ad expurgandos crassos &
erosos humores ℈j. tartari vi-
riolati cum ʒſ. mellis rosati so-
utivi miscet, & in vini enulati
ʒij. exhibet.

Ibidem fol. 250. specificum
ydropicum præscribit ex hel-
eb. nigri & colocynth. extract.

cum

cum Mercurio præcipitato; cujus loco exhibere quoque libet Extractum radic. Eſulæ à Rulando in centuriis toties decantatum.

Idem Autor pag. 120. Turpethum minerale in Hydrope remedium appropriatum eſſe dicit, habet enim vim expellendi cui tamen præferendus Mercurius præcipitatus cum aqua o... vorum præparatus, quem D... Joan. Keilius in diſputation... ſua Inaugurali Marpurgi habit... candidè & ſincerè hoc mod... deſcripſit:

℞ Mercurij vivi purgati ℔ j. di... ſolve in ſuffic. quantit. aquæ fort... factæ ex vitrioli ℔ iij. & ſalis nit... ℔ ij. poſt deſtilla per alembic. e... arena aquam & ſpiritus ſenſim...

poſt...

ostquam aliquantulum ſpiritus
eſinere incipiunt, auge ignem, ut
trum parum candeat, ac ſpadi-
um quodammodo appareat, ſic
nim in alembic. & ad ſpondilia
ucurbitæ ex Mercurio flores inu-
les flavi & ſubrubei ſeſe elevant.
mnib⁹ refrigeratis exime & fran-
e Cucurbitam, rejectis ad ſpondi-
a alembici floribus inutilibus, &
venies rubeum pulverem in fun-
, quem tamdiu aquâ calidâ in pa-
pſide terrea lava, donec nihil a-
edinis ſupererit. Deinde eidem
ulveri exſiccato affunde oleum ſa-
 tartari ad eminentiam duorum
gitorum, abſtrahe iterum, ter de-
illando in arena phlegma; ſed ter-
â vice auge ignem, etiam fundo
ucurbitæ paulolum ab igne rube-
ente, atq; hoc modo aſcendit Mer-
urij quædam portio cruda ſeu viva
uæ omninò ſeparanda. Relictam
in

in fundo materiam contunde, & a
quâ dulci calidâ toties elue, done
nulla ſalſedo, nullæq́ue ſordes am
plius reſiduæ fuerint, ſolo nemp
pulvere rubeo relicto, quem exſic
catum & in Cucurbitam mundam
poſitum imbibe cum aqua ovorum
(quæ modò ſequitur) ac ſepties e
andem ab eodem ex arena per a
lembic. abſtrahe. Relictum in fun
do aquâ calidâ aliquoties lava, affu
ſumq; Spiritum vini rectificatum
ſepties inde deſtilla cohobiis tot re
petitis. Tandem exempto pulve
alcohol vini affundè ut benè hume
ctetur, quod admoto igne accend
& tamdiu ſpatulâ ferreâ move, d
nec ardendo conſumtum ſit. Exh
betur autem hic præcipitatus com
modè in Diagrydio hoc modo pr
parato: ℞ Diagryd. ſive Scammo
q.pl. tere in pulverem tenuiſsimum
piſtillo tamen prius oleo amygd
dul

ilc. illito, adde postea pauxillum
ei vitrioli vel sulphuris per cam-
nam facti, & guttas iij. vel iiij. olei
isi, pro quantitate nempe ipsius
iagrydij, tere fortiter, & evadet
ateria lenta instar picis, cujus gr.
vel iiij. cum Mercurij modo præ-
pitat. granis iiij. vel v. mista, in
rma pilulari exhibeantur. Opor-
t autem ut ex instituto morbi pri-
ò exhibeatur hoc Turbith, postea
rò Diuretica adjiciantur, hoc e-
m in hydrope semper factitan-
um est, ut prius per alvum tertiò
l quartò dejiciatur, Aqua exhi-
ndo catharticum diebus contra-
s vel intermediis, quam per uri-
m; secus enim omne serum ad
nes & ureteres devolveretur, ubi
stea propter aggravationem sæpè
rtinacissima symptomata subori-
solent.

Aqua Ovorum qua corrigi-
tur.

tur Mercurius præcipitatus talis est:

℞ album. ovor. q. p. adde tantundem putaminum ovorum calcinatorum, & destilla ex arena per retortam, igne ad extremum vehementiori, prodit cum oleo fœtido etiam aqua, quam separatam destilla sexies vel septies, donec clara & à sensibili fœtore libera evadat. Hâc aquâ utere ad superiorem præcipitatum.

Martis quoq; præparatio Hydropi conveniens hæc est:

Dissolve Limaturæ Martis ℥j. aquæ fortis ℥viij. paulatim & successivè affundendo: digere per noctem; dein aquam fortem per alembic. ex arena abstrahe, habebis ℥ croci rubicundissimi, super quem in igne leniter prius exsiccatum funde spiritum vini vulgarem, apposito alembico cæco digere

rena, & ſpiritus vini rubeſcet, quem à fæcibus decantatum deſtilli in balneo ad oleitatem. Eſt perutile in hydrope exſiccando & viſceribus corroborandis; præmiſsis enim univerſalibus ex medendi methodo ſi poſtea ejus guttæ 9. vel 10. hydropico manè & veſperi in ſimplici granorum Juniperi decocto propinentur, facilè morbum expellit.

CAPUT XXVII.

DE TUMORE SPLENIS.

DUritiem & Tumorem Splenis emolliunt & reſolvunt Cappares, ſcolopend. Ceterach. cortic. fraxin. tamariſc. ebul. fumar. lupul. ſcord.

ſcord. aſparag. petroſel. fœnicul. apium, ariſtoloch. polytrich. cuſcut. chamæpyth. rad. bryon. & plæraq; ferè Hepatica. Item chalybs in aqua & vino ſæpius extincta, Inprimis gummi ammoniacum in aceto ſcyllitico ſolutum.

Nodulus hic percongruus est.

℞ *Fol. Senæ ſ. ſtip.* ℥i.
Abſynth: Mj.
Ceterach. Mſ.
Myrobalan. omnium ana ℥i.
Cortic. tamariſc.
cappar. ana ℥iſ.
Radic. polyp. ℥v.
turpeth.
agaric. ana ℥ij.
garioph. ℥iſ.
Spec. Diacinam. ℈i.
Miſce: Incidantur pro Nodulo, duabus vini menſuris imponendo.

Vel ℞ Cortic. exter. cichor.
ugloſs. glycyrrh. raſæ ana ℥iij.
ortic. cappar. ſum. tamariſc.
na ℥ij. uvar. paſſul. enucl. ℥iſ.
mmarinth. enucl. ℥v. prun. Da-
naſcen. Nō. VIII. ficuum Nō. vj.
erb. meliſs. roriſmar. major.
colopend. ana Mj. cent. min.
orrag. card. benedict. origan.
alament. ana p. ij. fol. ſenæ ſi-
e ſtip. ℥iſ. agar. troch. ℥ij. epi-
hym. ℥ſ. azari ℥j. gariophi. ga-
ang. zing. ana ℈iſ. ſem. citri ℥ſ.
niſi ℥iij. Ex hiſce ſim F. De-
coctum.

Item ℞ abſynth. card. bened.
eterach. ſcolopend. ana Mj.
ol. Senæ ℥vj. polyp. ℥j. ſem. car-
ham. ℥ſ. rhab. ℥j. F. Infuſio ad
menſuras duas vini optimi, de

quo bibat quotidiè hauſtum u-
num in primâ menſa.

Croll. in baſilic. pag. 118. in
ſplenis duritie Tartarum Vitri
olatum in aq. approp. exhibet
& pag. 157. in ſplenis doloribu
antimonium diaphoret. com-
mendat: Item pag. 254. Eſſen-
tiam Croci Martis, præmiſſi
tamen attenuantibus & alvum
ſubducentibus in obſtructioni-
bus deploratis, cum aqua aſplen.
adianth. tamariſc. laudat.

Forinſecus quoque adhiben-
dæ fomentationes, unguenta &
Emplaſtra, ex decoct. flor. ge-
niſt. radic. cappar. fol. ſcolo-
pendr. & aliis ſupra enarratis
E. G. ℞ ſcolopend. vulg. cal.
minth. agrimon. chamom. an.

M

ij. tamariſc. abſynth. aneth. ana Mſ. radic. bryon. cortic. radic. cappar. ana ℥iij. fl. ſambuc. genist. cent. min. ana p. ij. ſtæch. citrin. p. j. Ex quibus mixtis F. fomentum.

Unguentum tale ſit: ℞ ol. nardin. de cappar. anethin. chamomel. bryon. ana ℥iij. ſem. agni caſti, ſcolopend. rutæ, geniſt. ana ℈ſ. cortic. tamariſc. cappar. ana ℈ſ. ammeos gr. vij. ammoniac. in aceto diſſolut. ʒj. cum pauca Cera F. unguentum.

Emplaſtrum Spleneticum hoc modo paretur:

℞ *ammoniac. pulveriſ. ℥iſ.*
bdellij mollis ℥iſ.
empl. diachylon. comp. ℥i.
de melilot. ℥iſ.
Cortic. radic. cappar.

filic. major.
cyclam. ana ℥i.
Sem. agni caſti ℈iſ.
ruthæ ℈j.

pulveriſanda pulveriſentur, & cum reſina & oleo capparor: & Ceraq. ſ. F. Cerotum tenax, cu jus portio extendatur ſuper alu tam rubeam, & obducatur ſyn done rub. ſ. a. cui inſperg. ol cumin. fænicul. ana gutt. vj.

CAPUT XXVIII

DE ICTERO FLAV
ET NIGRO.

ICteritiæ ſpecifica remedi ſunt Crocus, Rhabarb. Che lidon. cutis interior flava o xyacanth. ſambuc. lapis flavu

felle bovis repertus, pellicula
ava de ventriculis & pedibus
allinarum & anserum &c. flor.
herb. perforat. anchusæ aru-
nsis radix colore rubro & sa-
ore amaro.

Seq. Bolus plurimum utilis:

℞ Elect. de succ. rosar. ℥vj.
pulv. Rhab. el. ℈ij
Lumbr. terrest. ℥ſ.
Croci gr. v.
Diagrid. gr. iij.
Cum sacch. q. ſ. F. Bolus.

Vel si pulvis placeat:

℞ Rhab. el. ℈iiij.
Sem. aquileg. ℈ij.
Lumbric. terrest. exsiccat. ℨiſ.
Cichor.
fænic.
chelidon. ana ℨi.
santal. rub. ℥ſ.

Misce. Dosis ʒß. alternis diebus in ovo elixo, vel pisorum jusculo.

Commendabiles quoq; sunt seqq. Morselli, præsertim in Ictero ad nigrum declinante. ℞ Card. bened. scord. agaret. ana ℈iß. veron. cent. min. ℈j. ra dic. curcum. ℈iß. Rhabarb. ℈j cichor. sem. portul. ana ℈ß garioph. Zing. ana ℈ß. omnia pulverisentur, & cum sacch. ℥vj in aq. veronicæ dissoluti F. Morselli.

Quercetan. in pharm. dog rest. fol. m. 273. ut & alij plures Tragæam ex anserculorum, gallinarum, vel pullorum gallinaceorum excrementis veno tempore collectis, ad ʒß. cum vino exhibent.

Croll. in basilic. pag. 193. o-
leum Succini in aqua Endiv.
Cichor. Chelidon. Cuscut.
Fragrar. commendat.

Et pag. 127. Turpeto minerali
in Ictero nil præstantius esse di-
cit, cui tamen, quod experti lo-
quimur, hîc multum prævalet
præcipitatus faciliori negotio
ita paratus:

Solve Mercurij vulgari modo per
sal commune & vitriolum sublima-
ti q. v. in aqua communi calida; so-
lutioni guttatim affunde olei salis
tartari, quantum ad præcipitatio-
nem requiri videbitur, & præcipi-
tabitur pulvis rubens ad fundum,
quem remoto phlegmate aliquo-
ties aquâ communi edulcora, do-
nec nempe omnis salsedo probè ad-
empta fuerit, post pulverem ex-

ſicca, cujus doſis à gr. iij. ad vj. in mithridat. extract. exhibeatur.

CAPUT XXIX.

DE RENUM ET VESICÆ CALCULO.

SExcenta ſunt quæ Calculum non ſolum cum urina educunt, ſed inſuper concretum diſſolvunt, confringunt & impellunt, Diuretica & Lithontriptica dicta, qualia ſunt Radic. quinque aperitiv. ſem. frig. major. Eryng. ſaxifrag. Lithoſperm. ononid. alkakeng. Linar. clinopod. glandes, nuclei perſicor. terebinth. Corall. Succin. &c. Sanguis hircinus, paſſer Troglotydes, cujus miran-

d pellendum Calculum effica-
iam veteres commendant; ut
idere eſt apud Paul. Æginet.
ib. 3. cap. 45. & Avicen. fen. 18.
ib. 3. tr. 2. cap. 19. Item, Oculi
cancr. os ſepiæ, lapilli in tauris
liisq́ue animalibus reperti; Ni-
trum aliaq́; ſalia, Lapis Spongi-
tes, Lyncurius, Judaicus &c.
Nec prætereundæ uſuales in
Officinis compoſitiones, ut Ci-
neres diuret. Pulveres contra
Calculum, Dialac. major Meſ.
Electuar. Diapraſſion, Iuſtinum,
Lithontribon Nicol. & Ferne-
lij, multæq́ue aliæ à Practicis
commendatæ formulæ. Quibus
tamen non niſi laxatis prius &
dilatatis meatibus urinariis juſ-
culis pinguibus, decocto pru-
 nor.

nor. malv. melilot. bugloſs. borrag. additâ Caſſiæ pulpâ; itemque cremor. hord. ol. olivar. amygd. dulc. recentiſs. & ſimilibus, felici cum ſucceſſu uti licebit; Extrinſecus quoque in eundem finem Fomentis, Inſeſſionibus, Inunctionibus & Cataplaſmata ex alth. malv. melilot. fœnugræc. ol. violar. roſar. terebenth. &c. paratis.

Civi cuidam integerrimo non ita pridem ſequentem emulſionem feliciſſime exhibuimus; ℞ ſem. 4. frigid. major. excortic. aniſi petroſel. ana ʒij. in aq. fragor. petroſel. cichor. ana ℥iſ. F. ſ. a. Emulſio, cujus ℞ ℥iijſ. in quibus diſſolve flor. Caſſiæ cũ decoct. Senæ extract.

ʒvj.

j. benedict. laxat. ℥ſ. de ſucc.
ſar. ʒiſ. aq. cinam. ʒj. Miſce.
Poſt hunc pulverem dedimus
Spec. Lithonb. ʒij. ſem. ge-
iſt. Zingib. ana ℥j. Boracis ℈ſ.
etur pro 4. doſibus.
Vel ℞ Sem. geniſt. ʒj. ſpec.
ithonb. ℈ij. Zingib. alb. radic.
etroſel. ana ℈j. borac. ℈ſ. Miſce
ro tribus doſibus.

Illuſtriſſima Perſona hoc de-
illato Diuretico feliciter uti-
ur:

℞ *Nucl. Perſicor.*
ceraſor.
prunor. ſylveſt.
amygd. amar. ana ℥i.
dulcium ℥iſ.
Sem. Aniſi
fænicul. ana ʒi.
milij ſolis

ſaxifrag. vel radicum
ejus. ana ℥ſ.
cynosbot.
radic. ononid.
Liquirit. ana ℥ſ. ʒij.
petroſel. ſicci ʒijſ.
malvæ
biſmalv. ana ℥ſ.
aſparag. ʒiij.
bacc. juniper. ʒij.
ruſci
heliacacab. ana ℥ſ.
Limati ligni nephritici ℥iſ.
macerentur in vini
generoſi Menſ. iij.
F. Deſtillatio.

Tartarus Vitriolatus, docente Crollio pag. 117. in aq. petroſelin. vel parietar. vel vino albo exhibitus, feliciter quoque Calculum expellit, ſi modo uſus ejus continuetur.

Gutt-

Guttula una atque altera olei succini albi (teste eodem pag. 92.) aquæ petroselini immista & assumta, Calculos & alios meatuum urinalium superfluitates pellit.

Conradus Kunrath in Medulla destillator. Oleum Ludi (h. e. Calculi ex humano corpore exsecti) ex Paracelso commendat.

Sunt qui Oculos Cancrorum ad Renum & Vesicæ Calculos resolvendos & expellendos, in liquorem hoc modo redigant:

℞ Oculor. cancri tenuissimi pulverisat. ℥v. olei salis tartari ℥vj. (alij tantum aceti affundunt quantum ad solutionem opus esse videtur) misce in balneo digere per 14. aut plures dies, postea in matratio

igne lento in arena coagula spatio 20. dierum, coagulatos in pulverem tere, & cum spiritu vini ut moris est extrahe : Hunc spiritum in balneo ab extracto evoca, donec maneat oleum spadicei coloris, cujus guttæ 3. vel 4. in aqua ononid. vel petroselin. singulis diebus ad aliquot tempus exhibitæ, Calculos resolvunt & expellunt, omnemque tam Renum quàm Vesicæ mucilaginem insensibiliter educunt.

Spiritus & Oleum Terebinthinæ intus & extra usurpata convenientissima sunt, calculum enim nunquam concrescere permittunt, quod idem de Vitrioli spiritu & oleo asserere est.

Oleum Terebinthinæ si in scutella vitrea, aperto igne evaporaverit, in colophoniam instar Rubini transpa-

nsparentem reducetur; quæ pul-
risata & cum spiritu vini extra-
,remoto dein per destillationem
evaporationem menstruo, re-
quit Balsamum doloribus Ne-
riticis perutilem, cum pluma
ntum eodem renum regionem
ungendo. Vel,si mavis,Spiritum
Oleum Terebinth. in vitro mixta
gere aliquot septimanis donec
niantur: hæc marmori frigido su-
erfusa, in colophoniam translu-
entem abeunt, quam dicto modo
um Spiritu Vini extrahe & utere.

Famosa quoque ob stupen-
dam tam sumtione quàm gesta-
ione, & externo corporis con-
tactu potentissimè pellendi Cal-
culos, eorumq; dolores sistendi
vim, sunt nephritica vocata li-
gna & lapides; de quibus vide
Nicol. Manard. in histor. simpl.
medi-

medicam. itemque Anshelm
Boët. de lapid. & gemm. lib. 2
cap. 20.

CAPUT XXX.

DE SYMPTOMATI-BUS MICTIONIS.

AD urinæ Incontinentiam
℞ Veſicæ Capræ aut ovi
uſtæ ſeu calcinatæ, cala
menth. ſem. myrt. glandium
ana q.p. F. pulvis, cujus exhi
beantur ituro cubitum ℈ij. ve
ʒj. cum vino odorifero.

Vel: ℞ *Pellicul. inter. ventriculor.*
gallinar. præparat. ℥vi.
radic. torment. ℥iij.
galang.
nuc. cupreß.
boli armen. ana ℥i.

myrrh

myrrh. ʒiſ.
gum. arab.
maſtich. ana ʒi.
gland. ſiccar. cum capul.
roſar. rub. cum ſemin.
ana ʒi.
calaminth. ʒſ.
myrtill. Ital. ℈iſ.
Sem plantag.
portulac.
acetoſ.
lactuc.
coriand. præparat. ana ℈iſ.
ſacch. albiß. ℥ij.
Pulveriſentur ſubtilißime & ſ. a.
F. Tragæa.

Perutilis eſt hic pulvis Mulierculis urinę Incontinentiâ poſt partum correptis.

Iſchuriæ confert hic pulvis: ℞. oculor. cancri, ſuccin. mandibul. lucij, nucl. perſicor. ana q. p.

q. p. miſceantur. Doſis p.j. cum
vino generoſo.

Veſicæ Halecum (quas noſtri
animas vocant) in fornace ex-
ſiccatæ, & cum vino exhibitæ
idem præſtant. Vide Geſner. de
Haringo fol. 487.

Fomentetur quoque Æger
ſubtus è ſcoriis ferri candenti-
bus vino aut aquâ petroſelini
perfuſis: poſt fomentationem
Perinæo Cataplaſma ex allio &
cæpis coctis cum adipe anſerino
applicetur.

Lapis Prunellæ, Spiritus &
oleum Vitrioli, terebinth. ſuc-
cini rectè etiam propinantur.

Stranguriam (perpurgato pri-
us corpore tam in hoc quàm in
aliis meatuum urinalium vitiis)

hoc

oc pulvere tolles: ℞ Sem. men. ʒij. liquirit. rosæ ʒj. gland. ulver. oculor. cancri, ana ℈j. cch. q. s. misceantur F. pulvis btiliss.

CAPUT XXXI.

DE GONORRHOEA.

EXhibeatur sæpius Terebinth. probè lota, cum rajic. Iridis in vitello ovi vel aiter.

Secretum Bellocati hoc fuit: ℞ Sem. agni casti, mumiæ, succin. menth, ana ℥j. Misce F. pulvis: detur ʒj. in vitello ovi per quinque dies, vel cum aqua Plantaginis.

Vel: ℞ menth. ʒiij. sem. agni cast.

cast. radic. ireos ana ℥ij. sem rutæ ℥j. sem lactuc. ℥ijs. sacch candi, ad pondus omnium. Mi sce F. Tragæa, de qua capiat ½ cochl. duabus horis ante cibum cum vino albo.

Multum utile & hoc Electu arium. ℞ conserv. rosar. ant quifs. ℥ij. diatrag. frigid. ℥ij sem. cyton. excort. malvæ, la ctucæ, portular. ruth. alth. an ℈s. papav. albi. ℈s. corall. rub. ℥i terræ sigillat. Siles. agni casti nuc. mosch. croci Martis ana ℥ cum syrup. myrtin. F. Electuar de quo mane & vesperi ad Ju glandis magnitudinem suma tur.

Gilbertus Anglicus inquit, quo semen acetosæ à puero veneren
non

ndum experto collectum ad Gorrhœam præstantisſimum ſit remedium.

Turpethum minerale Crollpro purgante, & Eſſentia roci Martis Ejuſdem pro aingente commodè adhibenr.

Præcipitatus hic viridis Goorrhœa ſpecificum & approriatum eſſe dicitur:

In aqua forti communi ſolve merrij vivi purgati ℥iij. in eadem ſole veneris ſubtiliſsimè limatæ ℥ſ. ac onjunge ſolutiones; dein ex arena quam fortem abſtrahe, urgendo gnem in fine paulò vehementius, t maxima pars ſpirituum inde tolatur: relictum in fundo exſicca, & um aceto deſtillato tere, inque balneo per 6. vel plures dies digere; ltimò ebulliant, ut potiſsima pars

Mercurij in aceto ſolvatur: acetum Mercurio imprægnatum ex len balneo lentè deſtilla, & præcipitatu in fundo reſtabit, non edulcoran dus & eluendus, ſed rectà exſiccan dus: Doſis à gr. 4. ad 8. in conſerv Roſar. manè: Et licet Gonorrhœa ceſſare viſa fuerit, redit tamen al exhibito hoc ſpecifico: Ideoq; do ſes convenientes tamdiu ſinguli diebus iterandæ, donec omnis flu xus fuerit ſublatus; movet enim ſi mul hic præcipitatus Gonorrhœam & eandem tollit.

Ab extra circa Renum regio nem Laminæ plumbeæ multi locis perforatæ lumbis appli centur; Et ſeq. Cerotum teſti culis circumpoſitum de die no cteq; geſtetur:

℞ *boli armen. communis*
maſtich.

terr

terræ sigillat. ana ʒi.
Corall. rub. præparat. ʒiß.
Croci Martis ʒi.
ammoniac. aceto dissolut. ℥ß.
olei myrthin. ℥i.
Cum Cera & Terebinthina
F. Cerotum.

CAPUT XXXII.

DE LUE VENEREA.

DEcocta sudorifera ex Ligno Guajaco, & cortic. sarsæ parill. chinæ, & Sassafras qua ratione huic morbo convenientia parentur & exhibeantur, ubivis apud Practicos invenire est, ideoq; de iis in præsentia aliquid dicere supersedemus: Quod si enim altiùs hic morbus radices egerit, duro nodo

nodo durus quærendus erit cu
neus, ſudores proliciendi ſin
gulis diebus vel lecto ſtragul
injectis, vel ſudatorio ad id ac
apto, quale egregiè exſtructu
Pariſiis apud D. Genandiu
virum celeberrimum, nos qu
dem vidimus, alios verò ibide
magno ſuo merito recubante
ejusq; nectar & ambroſiam d
guſtantes obſervavimus.

Gargariſmus conveniens:
roſar. rub. plantag. verben. ar
M. ij. adianth. veri. M. j. corti
mediar. ſambuc. ℥iij. radic. co
ſolid. major. ℥j. Iridis ʒj. lign
ſancti ℥j. rubi cum moris M. i
hord. integ. ℥iſ. cortic. grana
ʒſ. Decoq. omnia in ℔ iij. aqu
uſq; ad tertias: Colaturæ add

Di

Diamor. ℥j. Syr. granat. ℥ij.
Misceantur.

Confert & Lapid. medicamentos. ℥j. (de quo Croll. in basilic. pag. 270.) in cerevis. mens. j. solutâ, os sæpius colluere, & pro Gargarismo uti.

Mercurius verus & unicus hujus horrendæ Luis ῥιζότομος dici meretur, ideòq; Croll. pag. 126. Turpethum minerale, & pag. 129. Arcanum Corallinum, & fol. 131. flores butyri antimonij, extollit; quibus Sublimatum dulcem seu Aquilam cælestem ut vocant, meritò adjicimus.

Mercurium ex Venere parare docet Joan. Beg. in Tyroc. chymic. lib. 3. cap. 14. cujus dosis

 gran.

gran. j. in aqua theriacali vel theriaca ſola, qui quidem Mercurius ab initio vomitus movet, ſed ſæpius exhibitus tandem per ſudores ſolummodo morbi mineram expellit.

His annumerare eſt Mercurium illum præcipitatum cum aqua ovorum præparatum, cujus ſupra cap. 26. de Hydrope ex D. Joan. Keilij diſputatione Inaugulari perfectam deſcriptionem adjecimus.

Exhibentur etiam Mercuriata cum Spiritu Tartari, idq́; felici cum ſucceſſu, expellunt enim è centro Luem veneream: poſtea ex Crollij ſententia pag. 160. cruſtæ oleo Guajacino inunctæ decidunt.

CAPUT

Calam. aromat.
rub. tinctor.
ſem. citri ana ℨſ.

Pulveriſatis omnibus ſubtiliſs. cum Syr. de Artimiſ. F. maſſa, cujus alternis diebus ℈i. exhibeatur.

Paracelſus lib. 7. Archidox. Specificum ex Splene Bovis caſtrati Extractum, juvenibus ſenioribusq; percongruum, præſcribit; quod pleniùs Croll. in baſilic. chym. pag. 224. parare docet. Sunt qui ex Hepate bovis caſtrati ſiccato idem, imò præſtantius Extractum confici poſſe aſſerunt, ejusq; ℨſ. ad ℨiſ. in appropriato exhibent.

Quercetan. in pharmacop. dogmatic. reſtitut. cap. 8. fol. 118. idem Extractum paulò aliter parat, addendo Cinam.

Carioph. & Crocum, cumque vino generoso coquendo: hujus ℥iiij. per 4. vel 5. dies, donec menses prorumpere incipiant, exhibet.

Chalybis quoque usus mirè expertus est, in Mensibus non solum sistendis, sed & mirè provocandis: de cujus variis ad hoc negotium præparationibus vide Roderic. à Cast. loc. cit. cap. 5. Quibus meritò hanc quoque adnumerabimus:

℞ Limaturæ Chalybis subtilissimè limatæ, aceti vini optimi ana ℔ j. coque in sartagine ferrea lento igne semper agitando spatulâ ferreâ donec acetum consumtum fuerit, postea subtilissimè tere; adde pulv. gariophyll. ℥j. & superfunde in Cucurbita vitrea vini Malvatici genui-

Aliæ Conſerv. Borrag. ℥j. in vino albo ſæpius exhibent, teſte Hollerio lib. j. de morb. intern. cap. 58. quam tamen potiſſimum in Menſium retentionibus ab atrâ bile originem ducentibus, exhibendam rectè cenſet Rodericus à Caſtro lib. j. de morb. mul. cap. 4.

Decoctum hoc crebrâ experientia comprobatum: ℞ Herb. puleg. matricar. nepeth. capill. vener. ana M. j. radic. apij, fænicul. aſparag. ana ℥j. coq. in ſuff. q. aquæ ad ℔ ij. colati ℥iiij. adde Syr. de capill. veneris, de artemiſ. ana ℥ij. quod calidum ebibat fœmina bis de die, manè jejuno adhuc ventriculo, & veſperi ante ingreſſum lecti:

hocq; per aliquot dies continuetur.

Pulvis si magis arrideat, talis esto:

℞ *Spec. diagalang.* ℥i∫.
Myrrhæ ℈i∫.
Cinam. ℥i.
gerioph. ℈i.
Calam. aromat. ℈ij.
Sacch. albiß. ℥ij.
F. pulvis subtilißimus, cujus dosis ℥i. *cum vino albo in quo Serpillum ebull. exhibenda.*

Pilulæ etiam seqq. Menstrua provocant, ventriculumq; corroborando purgant:

℞ *Opoponac.* ℥i.
myrrh.
galang. ana ℨ∫. *gr. XV.*
Spec. hier. simpl. ℥i∫.
mastich. ℨ∫.
Cinam. elect. ℨ∫. *gr. XV.*

Calam.

CAPUT XXXIII.

DE MENSTRUORUM SUPPRESSIONE.

MEnſes ſuppreſſos propriè cient & movent, quæ obſtructiones in utero aperiunt & abſtergunt, ſanguinemque ad eundem deducunt; qualia ſunt validiùs aperientia & abſtergentia, ſubſtantiæq; nonnihil craſſioris, ne citò vires eorum reſolvantur, longiùsq; penetrent: ideòque efficaciſſima erunt, quæ amaritudinem quandam acrimoniæ admixtam obtinent, ut Sabina, Arthemiſia, abſynth. meliſſ. manub. dictam. puleg. ariſtolog. angelic. cala-

minth. chamædr. chamæpyth. ruta, majoran. rosmarin. Radic. rub. tinctor. irid. petrosel. valerian. bacc. juniper. lauri; myrrha, castor.

Εὐπόρισον mulierculari um est: baccas lauri massâ panis circumductas, & in clibano ad consuetum tempus excoctas & exsiccatas, in subtilissimum pulverem redigunt: Hujus pulveris, prout & radic. pimpinel. exsiccatar. itemq; cardamom. ana ℥iſ. probè miscent; post addunt galang. zedoar. cortic. aurantior. ana ℥j. & per quidenam appropinquante mensium tempore, mane & vesperi sub lecti introitu, cum calida cerevisia ʒſ. felici cum successu exhibent.

genuini ℔ iiij. vas obturatum pone ad ſolem vel retrò fornacem, ſingulis diebus bis terve diligenter agitando per 14. dies; poſtea relinque aliquandiu donec fæces ſubſideant. Hujus Malvatici exhibe Menſium defectu vel fluxu inordinato laborantibus ℥ſ. uſque ad ℥ij. juvenibus quidem quinque diebus ante novilunium vel primam quadram: ſenioribus ante plenilunium vel poſteriorem quadram, & procede tamdiu donec Menſes ſeſe oſtenderint. Confer Cl. D. Petræi Noſolog. Harmonic. tom. 2. fol. 187. ubi hanc ferè eandem deſcriptionem, cum alia compoſita earundem virtutum invenies.

CAPUT XXXIV.

DE MENSTRUORUM PROFLUVIO.

ADstringentia frigida Menses sistunt, qualia sunt, Bursa Pastoris, pilosella, rosa rubr. tormentill. nymph. solan. sempervivum, plantago, Item, Corall. terra lemn. sumach. balaust. spod. cornu cerv. ustũ &c. Et composita troch. de terra sigillat. de carab. Syr. myrtin. de granat. de myrtill.

Pulvis hic utilissimus est, etiam Prægnantibus:

℞ *Succin.*
Sang. dracon.
Lapid. hæmatit.
Corall. rub.
Sem. portulac. ana ℥i.
balaustior. ℈ij.
boli armen. præparati, ℥ij.

Mistis omnibus F. pulvis: cujus detur ʒj. ad ʒij. cum ℥iij. Aq

Plan

Plantaginis. Ad ſummum etiam tertia vice ſumtus liberat.

Alius: ℞ *Spec. diamargar. frig.*

lætificant. Galen.

Diagem. ana. ℨi.

Cinam. elect. ℈ij.

Trochiſ. de Carab.

de ſigill. lemn. ana ℈ii.

Cornu cerv. uſti

Corall. rub. ana ℨi.

troch. è Rhab. ℈i.

Radic. Symphit.

Tormentill. ana ℈iſ.

Sacch. albiß. ℥ſ.

Miſceantur omnia, & ſ. a. F. Tragæa, à ʒſ. ad ʒj. cum vino alternis diebus exhibenda.

Utile & hoc Electuar. ℞ Conſerv. Roſar. antiquiſs. ℥ij. Corall. rub. contuſ. ℥ſ. ebor. uſti, boli armen. ana ʒij. lapid. hæmatit. ʒij. M. de quo ſingulis au-

roris capiatur quantitas avellanæ.

Nonnulli de forditie parum foliciti, fucci ftercoris afinini vel fuilli, fyr. myrtill. ana ℥ſ. cum aq. plantag. ℥j. certo experimento exhibent.

Exhibeatur & fæpius Sal feu Magifterium Corallorum, cum aqua Plantag. feu Burfæ paftoris, adjectis fæpius aliquot guttulis fpiritus vitrioli. Cibus hoc fale condiatur: ℞ Salis Corall. ʒj. fem. lactuc. plantag. ana ʒſ. piperis longi, nucis mofch. ana ℈j. M. pro pulvere. In potu macerentur Radic. Confolid. major. valerian. beton. item ufnea pruni fylveftris, adjectis quoque aromatibus.

Utili-

Utiliter etiam exhibetur Ferrum potabile seu Essentia Martis, Item Crocus ejusdem, nec non præparationes Chalybis, de quibus capite præcedente.

Pro Topico: Spongia marina in aceto forti bullita, & super pubem mulieris posita, Menstrua sistit: quod idem egregiè quoq; præstat Balneum aluminis; sed plerunque steriles & ad conceptionem ineptas reddit Mulieres.

CAPUT XXXV.

DE SUFFOCATIONE MATRICIS.

COnfer ea quorum cap. 33. facta fuit mentio; sæpissimè

enim hic affectus ex Menſtruis retentis, præſertim in juvenculis oritur, ideoq; primò cienda ſunt: Sæpius tamen ſymptomatum vehementia prius inhibenda ligaturis dolorificis frictionibusq; convenientibus non ſolum infra ſed & ſupra genua, præſertim in interiori parte: poſtea ſupra umbilicum præcordia faſciis liganda; pili digitorum pedum aut etiam partium pudendarum evellendi: Naribus fœtida, ut fumus plumarum perdicum accenſarum, corij, pilorum hominis, panni, lanæ, adhibenda; vel etiam galban. ſagapen. caſtor. bitumen odoretur: utero verò odorata, ut caſſia lign. myrrh. ſtyrax. ca-

amint.garyoph.coſtus,diambr.
diamoſch. troch. de gall. &
lipt. moſchat. vel etiam os u-
teri cum oleo Iaſmino,de Naph-
a,de Spica, aut id genus alio, in
quo gran. j. aut 2. zibethi vel
moſchi diſſoluta ſint, inunga-
tur; aut goſſypium eâdem mi-
xturâ delibutum pudoris ſinui
indatur.

Alb. Bottin. lib. de morb.
mul. cap. 46. inquit, quod fu-
mus ex verrucis equorum tibiis
adnaſcentibus, naribus admo-
tus, quaſi momento Mulieres
ſuffocatas reducat: quem tamen
rectiùs aliis ad genitalia fieri
jubent.

Paracelſus lib. de morb. a-
ment. tr. 2. cap. 4. fol. m. 503.
pulve-

pulverem compositum talem
præscribit: ℞ verrucar. equor.
genuum ℥j. asæ fætid. ʒj. conu-
um ungular. capræ ℥ij. Misce,
pulverisentur. Hujus ℈j. prunis
impositus per tritorium bom-
byce circumvolutum super se-
dem clausam manè & vesperi,
vel instante paroxysmo reci-
piatur.

Interius quoq; interim (do-
cente Croll. in basil. chym. pag.
224.) datur Spiritus Vitrioli cum
Sale Corallorum in aqua Melis-
sæ & Artemisiæ; sed enim Co-
rallorum in vehementissima
suffocatione, ubi omnia irrita
sunt, in aq. artemis. puleg. me-
liss. exhibitum juvare asserit
pag. 166.

itulæ ſæpius ſine ſcarificatione
ffigendæ; de quibus omnibus
ide plura apud Alb. Bottin. de
nul. morb. cap. 69. fol. 382. &
eqq. Jac. Sylv. comment. de
nenſ. mul. fol. 330. Æt. tetr. 4.
erm. 4. cap. 76.

Quod ſi uterus prolapſus pu-
redine corripiatur, quod cor-
ruptum putridumq́; eſt reſecan-
dum, idq́; citra periculi formi-
dinem, cum etiam univerſo ute-
ro ablato nonnullæ Mulieres
plures annos ſupervixerint, pro-
ut teſtantur Avenzoar lib. 2. tr.
5. cap. 4. Æginet. lib. 3. cap. 72.
Ruſſetus ſect. 4. de part. cæſar.
cap. 5. fol. 538. Anton. Beniven.
lib. de abdit. morb. cauſis cap.
11. fol. 155. & alij.

Quin

Quin quod magis fortè mireris, Nobilissimæ cujusdam Matronæ, Matricis ulcere maligno laborantis, alterum testiculum è Genitalibus propendentem, inq; gangrænam abeuntem, Experientissimi cujusdam Medici jussu Chirurgi manu resectum novimus, Nobilissa adhuc superstite.

CAPUT XXXVII.

DE HERNIA.

JUvant Perfoliata, Symph Sanicul. Solidag. sarracen plantag. herniar. & id genu plurima adstringentia exsiccantia & consolidantia, quorum tamen virtus exigua est, nisi debit

liga

licatum novimus: ℞ terebinth. ſ. ſævi hircin. ℥j. butyri Majas inſulſi ℥iſ. miſceantur probè d lentum ignem.

Alij ſic præſcribunt:

℞ butyri lactis capræ recent. ℥vi.
Sevi Cervin.
Terebinth. ana ℥ſ.
Gummi ammoniac.
Aloës Epatic. ana ℥ij.
Miſceantur & F. unguentum.

CAPUT XXXVI.

DE UTERI PROCIDENTIA.

ADfectûs hujus rarioris Curatio operatione Chirurgica potiſſimùm, & artificioſa uteri repoſitione & retentione perficitur, Ægram nimirum ſuper

per dorſum reſupinam coxis altioribus dilatisq́; & reflexis poplitibus collocando : hinc uterum prolapſum oleo tepido aut butyro inſulſo, vel etiam decocto Malvæ, chamemol. bacc. lauri fomentatum, aſperſo poſt pulvere aſtringente ex acacia, hypociſt. pulv. oſs. dactylor. combuſtor. aut mumiâ vel gallis ſubtiliſſime pulveriſatis, in proprium locum reponendo : intrudendo inſuper Lanam in ſe convolutam, formâ & craſſitudine muliebris ſinui reſpondentem, linteoloq́; exceptam, ac vino ſtiptico imbutam ſicq́; absq; dolore & violentia in proprium ſitum devolvendo.

Umbilico verò & Iliis Cucur-

bitul-

Idem pag. 223. Elixir uterium describit, cujus si ℈j. vel ℈ij. ingruente paroxysmo exhibeatur, illicò suffocatæ sanantur.

Et pag. 193. olei Succini gutt. vel 8. in aq. puleg. exhibet, eocq; eodem nares, cordis pectorisq; regionem jungit.

Sal quoq; Jovis teste eodem pag. 225. calidè umbilico inunctum summum est remedium; matrix enim quamprimum calorem sentit, in locum suum redit, nec amplius inde movetur.

Quercetan. in pharmacop. dogm. restit. cap. ult. fol. 412. fæculæ Bryoniæ gr. x. vel xII. cum pauco Castoreo vel Asa fætida summum & præcipuum remedi-

medium contra omnes Matri-
cis Suffocationes esse docet: cu
adstipulatur Matthiolus, qui se
vidisse mulierem testatur, qua
per annos hoc morbo vexata
tandem radicis Bryoniæ ℥j. in
vino albo decoquens, & in heb
domade semel bibens, optim
cum hac Medicina convaluerit.

Commendabilis quoque e
Pulvis Bezoardicus, supra cap
18. de Cordis affectibus descri
ptus, quem ibidem videre est.

Ad dolorem quoque uter
mitigandum, inq; locum suum
reducendum, unguentum ho
Juglandis Cortici inditum, su
per ligando panem tostum (al
recentem malunt) oleo appro
priato madidum, felicissimè ap
plica

gaturæ & faſciæ convenientes
mul applicentur.

Pulvis hic ſæpius exhibeatur:
radic. aaron. vino correct. ut
ocet Quercetan. in pharm.
ogm. reſtit. fol. 272. radic.
mph. major. herb. herniar.
rfoliat. ſanicul. alchimil. ve-
onic. equiſet. ſem. perfoliat.
na ℥iij. cujus ʒſ. vel etiam plus
eſperi longè à cœna cum ce-
eviſia calida exhibeatur & ſu-
erdormiat.

Quercetan. ibid. fol. 278. ali-
m pulverem præſcribit ad o-
nes Herniæ ſpecies, & ipſam
nteroclen convenientem.

Crollius in baſil. chym. pag.
52. Guttas aliquot olei ſalis ex-
ibet, exterius quoq; locum
affe-

affectum oleo eodem inungen-
do, adhibito insuper balneo
Hernioso, ex chamom. malv.
melilot. parato.
Nonnulli etiam unguento
Comitissæ locum affectum in-
ungunt.
Alij hoc unguento: ℞ myrrh.
electiss. helleb. albiss. ana ℈i.
gr. x. Litharg. ʒj. ol. laurin. ℥
ceræ novæ ʒj. gr. x. Misce. F. s.
unguentum molle.
Aliud: ℞ ol. mastich. nardin.
myrtillor. ana ʒvj. chamom.
lin. lil. alb. amygd. dulc. an.
℥ß. unguenti Comitiss. ℥ß. Misc.
pro unguento emolliente & p.
rum adstringente.
Post superponatur seq. Em-
plastrum: ℞ Emplastri de pel.

ietin. de gratia Dei ana ℥ſ.
ng. dracon. oliban. maſtich.
a ʒj. cum q. ſ. olei myrtill. F.
mplaſtrum.
Vel ℞ aloës ſuccocitr. boli
men. ana ℥j. maſtich. thuris,
agacanth. gum. arab. ana ℈ij.
umiæ ʒj. ℈j. viſci querc. nuc.
upreſs. myrrh. lytharg. ana
ii. ariſtolog. utriuſque ana ℈ijſ.
allar. perforat. ʒſ. colophon.
ceræ rub. picis naval. ana ʒj.
ulveriſanda ſubtiliſſime pulve-
iſentur, & diſſolv. gumm. cum
l. maſtich. adde parum Tere-
inth. F. Emplaſtrum.
Fortius hoc eſt : ℞ nuc. cu-
preſs. gallar. immatur. ana ʒiſ.
radic. ſymph. major. ℈iiij. glu-
tin. piſcium ʒx. gum. arab. ℥ſ.

thuris, mastich. galban. serapin
ana ℥iij. picis naval. bitum. Ju-
daic. glutinis quo capiuntur vo-
lucres, sevi hircin. terebinth.
ceræ ana q. s. F. s. a. & summa
cum diligentia Emplastrum.

CAPUT XXXVIII

DE PODAGRA.

UTiles sunt pilulæ de her-
modactyl. major. & mi-
nor. addendo calidum in
calida frigidum in frigida poda-
gra: It. Pilulæ Arthriticæ dictæ
de Sagapeno.

Plurimum prodest Gary-
costinum hoc modo paratum
℞ hermodactyl. à cortice supe-
riore mundator. diagryd. ana ℥
cost.

costi, cumin. zingib. garyophyl. ana ℥j. pulverisata & cribrata conficiantur cum syrupo facto ex vino albo & melle invicem coctis, donec formam Syrupi benè cocti recipiant, & F. Electuar. in formam opiatæ, cujus dosis ℥ij. vel iij.

Croll. in basilic. chym. fol. 243. pulverem Artheticum ex hermodact. turpet. & aliis describit, quem ibi invenire est.

Verum talibus non solum præsente jam morbo, sed quolibet anno bis, vere nempe & autumno præservationis gratia prudenter utendum.

Philip. Müllerus in myster. medic. fol. mihi 177. Aquam Antipodagricam Thomæ Tan-

tini deſcribit, ſed diminutè, mi-
nusque perfectè: veriorem de-
ſcriptionem pro ut ab aliis acce-
pimus liberè dabimus;

℞ Cinam. ℥iſ. nuc. moſch. ℥j.
zedoar. ℥ſ. macis ʒij. galang. gary-
oph. ana ℥ſ. croci ʒj. moſch. optim.
gr. xv. perlar. corall. præparat. ana
ʒj. olei ſuccin. ℥ſ. aq. lavend. cina-
mom. olei ſpicæ, juniper. ana ℥j.
aq. roſar. optimæ ℥ij. contuſis con-
tundendis injiciantur omnia in la-
genam ſtanneam capacem, affunde
menſuram unam boni ſpiritus juni-
perini optimè dephlegmati, impo-
ſito operculo claudè lagenam, &
veſicâ commiſſuram muni, ne quid
exſpiret; pone ad digerendum in
lenem calorem arenæ, vel retrò for-
nacem per tres ſeptimanas, quò di-
utius eò melius; quo facto exprime
& per filtrum cola: Fæces calcina
in olla, & extrahe Sal cum propria
cola-

olatura prædicta; dein iterum cola
er filtrum; poſtea colaturam fun-
e in Cucurbitam, ut vix ejus ſecun-
a vel tertia pars adimpleatur; ori-
cio Cucurbitæ intrude goſſypium
leo olivar. madefactum, impone
lembic. & deſtilla ex cineribus,
gne primum leni dein auctiori, ut
lea etiam prodeant. Quod primò
rodit ſeorſim excipiatur: poſterius
miſce cum Spiritus ſalis ammoniaci
& Spiritus urinæ æqualib. partibus:
hæc miſtura illinitur cum penna
membris podagrico dolore obſeſ-
ſis, ſingulis horæ quadrantibus ſe-
mel vel quoties opus eſſe videbitur.
De priori aqua (quæ primò deſtil-
lando prodiit) exhibeatur Patienti
quotidie ter, ſingulis vicibus pro
doſi cochl. ſ. mane jejuno ventricu-
lo, meridie, & veſperi horâ unâ poſt
cibum.

Ad ſiſtendos quoq; dolore
℞ Stercor. vaccæ nigr. ℔ j. mel
lis ℥iij. alum. ʒij. ovum inte
grum, croci ʒſ. boli armen. ℥j
cum aq. veron. roſar. & acet
q. ſ. F. Cataplaſma, addendo i
fine Camphoræ ʒj.

Ad artus verò debiles robo
randos hoc utere Linimento
℞ ol. verm. terreſt. ʒiſ. ol. baccar
juniper. ʒiſ. terebinth. ℥ſ. nuc
moſch. ʒj. pingued. human. taxi
an. ʒiij. ol. vulp. ʒj. petrol. ʒſ. ſpic
℈ſ. Miſceantur pro Linimento.

Vive vale Lector, quod noſt
rectius hiſce, Candidus imperti.



INDEX CAPITUM.

K 4 Cap.

FINIS.